




## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvpii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](#)



*M. 8945.*

*J.*

*IV*

*4.*

Elizabeth opemget hom zahs firs  
Den IV. entztert set Anna, die auf  
Entztert II. dasper iefor whag hest,  
fremare noch zahs pante by V.  
Ex Alexandro vam VIII. biderichtiget.

nij ongenrifet du felygste Maria  
Mutter goetet. Konigin der Kreuz,  
posta du warant. ~~du~~ felyg  
kin des ewelit, du bist in sondet  
befor ~~de~~ minnig? inngefor.  
Du bist myn spang, ofz wort mi  
hadt derin die abweitung. Du  
haft myn spang, ofz mehrl gelum.  
Du fartenst, du bist a heilflich  
gredung fior einer gabis, in dies gabri  
und ihz nauf die gaben. ~~me~~ holt  
erheit mehre miche mit drom  
felyg gebarre mein an drey felyg  
gehaben: bitt Gota fior: und liffere  
dien hofay vofu, wot naform  
dott eine misaif, kon allday  
steraz das gument alsd Leib  
vofu misf, bitt hofay? das ist  
ander Tafwes, wie er, wenn  
Contrafiglant hofay, bin  
achtfing mis am zaron dreyfay.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Paderborn. Soc. Iesu  
Obl. 34. b



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# VENERABILE

ET RELIGIOSO PATRI

¶ D. ZACHAEO ROM Cartusia

Coloniensis Priori dignissimo, ac

Patri suo plurimum

obseruando.



V A M hostili,  
V E N E R A N D E  
P A T E R , infer-  
nalis ille draco  
in humanū genus odio sit, acer-  
rimū illud quo homines perse-  
quitur, ac fecū in ēternā pestem  
trahere nititur, studium decla-  
rat. Is enim tanta rabie, ac siti ad  
perdendas & vastandas animas  
fertur, vt nihil aliud maiori fo-  
licitudine agat, nec vlli alteri  
curæ studiosius insistat, quām  
quomodo nouos quotidie astus  
& fraudes in hominum perni-  
tiem excogitet. Hoc vno in stu-  
dio dies noctesq; sine vlla aut  
intermissione, aut fatigacione

(?) 2 con-

PRÆFATIO.

cōsumit. Tria autem præcipue  
sunt, quæ truculentum hunc  
hostem adeò vehemēter in ho-  
mines commouent. **I**n primis  
malitia summa, & odium quo  
aduersus Deum (à quo propter  
superbiæ suæ scelus è cœlesti se-  
de pulsus, & in barathrum per-  
petuo igne cruciandus, præci-  
pitatus fuit) incensus est: itaque  
cùm Deum lädere, atque maie-  
staté illius imminuere nequeat,  
totam furoris sui rabiem in ho-  
minem quem D E O maximè  
charum & orbi huic aspectabili  
præfectum esse nouit, effundit,  
ut Deum quoad fieri potest in  
creaturis infectetur.

Deinde inuidia humana dīg-  
nitatis ipsum extimulat: dum  
ægrè fert, eas sedes è quibus ipse  
exciderit, electis hominibus  
instaurari. Superbia denique  
eundem efferat quodammodo,

eo

PRAEFATIO.

ed quod se à nobis fragili carne amictis profligari pati non possit, atque intolerabile putet: proinde hinc acrior & pertinacior in nos insurgit, nihil inexpertum relinquit, nullum tempus, nullam tentandi occasionem prætermittit, ubique laqueos & offensacula pendibus latenter opponit, ut hominem vel semel circumueniat, & ad casum lethalis peccati impellat? Quare non inconuenienter illud Esaiae de ipso intelligi potest. Non est deficiens, nec laborans in eo; non dormabit, nec dormiet, nec soluetur cingulum renum eius, res rumpetur corrigia calceamentorum eius. Sagittæ eius acuta, & omnes arcus eius extensi.

Inter varios autem huius truculenti serpentis astus, iste frequentissimus, ac humano genere

(?) 3 neri

Is. i. 5.

PRAEFATIO.

neri maximè pernitosus est: quòd eorum mentibus quos laqueis suis inuoluerit densissimas tenebras offundat, diuinæ quo gratiæ lumen in eis extinguat, quo ita cæcatos ad totius miseriæ, atq; perennium tormentorum chaos lacumque secum pertrahat. Qua in re Philistæos imitatur, qui vbī Samsonem cepissent, oculis eius effossis, ipsum iumenti loco ad pristinum, vt moleret, alligarent, omnibusque contumelijs & ludibrijs affecerūt. Ita & truculentus iste humani generis hostis, mox vt hominem fraudibus suis circumuenerit, & illaqueauerit, protinus menti eius tenebras circumfundit, vt ita excecatum in multa alia malorum præcipitia deturbet.

Hanc etiam Dæmonis peruersitatem appositissima similitudine

PRAEFATIO.

situdine Naas Ammonitarum  
Rex adumbravit, qui habitato-  
ribus Iabes Galaad bello laces-  
fitis, atque in summum salutis  
periculum adductis, ideoque  
pacem postulantibus respon-  
dit: *In hoc feriam vobiscum fædus,*  
*vt eruam omnium vestrum oculos*  
*dextros.* Idem fædus Dæmon  
cum sibi subditis init, vt eorum  
oculos dextros effodiat, quia  
illos ad diuina & cælestia con-  
templanda omnino excæcat.  
Nouit enim quod quemadmo-  
dum nemo ita stupidus est, vt  
apertis oculis seipsum in foue-  
am præcipitem, agere velit: ita  
mentis oculis captum, quantu-  
m alioqui præditus sit sapien-  
tia, cauere non posse, quin sæpe  
offendat & corruat.

Hoc autem laqueo (quæ res  
sanè acerbis lachrymis deplo-  
randa est,) maximam Christia-

(?) 4 n*i*

PRAEFATIO.

ni orbis partem illaqueatam te-  
net. Quām multi enim adeò  
prauis cupiditatibus addicti  
sunt, vt anima prorsus contem-  
pta & neglecta, cuius curā præ-  
cipuam agere debuerant, totos  
cultui & indulgentiæ corporis  
sese tradāt; nec ullum vitæ dis-  
crimen adire recusent, quo ea  
quibus illud lautè ac molliter  
tractent, consequantur: cùm  
tamen pro animarum suarum  
salute, omnem laoorem ac mo-  
lestiam subire refugiant?

Quām innumerī adeò cæco  
huius momentaneæ vitæ amo-  
re tenentur, ac præsentis sœculi  
opes, honores, & voluptates,  
quæ non vera bona, sed bone-  
rum duntaxat umbras, atq; ima-  
gines sunt, adeò confectionantur,  
vt sempiternam illam ac nullis  
vnquam sœculis finem habitu-  
ram vitam, quæ omnibus ve-  
ris,

P R A E F A T I O .

ris, solidis, & expressio bonis circumfluit, paruipendant & pro nihilo ducant? Quàm multi sunt qui omnes ingenij sui neroos ad hoc intendunt, ac omnia vitæ studia eò cgnferunt, quomodo principū viorum amicitias sibi conciliét, ac fœlicitatem suam in hoc mundo nanciscantur, cuius tamen vno sæpè momento iacturam faciunt: pro illius autem summæ, ac in æternum mansuræ fœlicitatis adoptione vix pedis vestigium humi defigere dignantur, quasi ita nullius momenti esset ut prorsus contemnenda, & terrenę felicitati posthabenda foret, vel ipsi ut ea fruerentur, minimè conditi suissernt? Quàm innumeri adeò in omne vitium præcipites sunt, qui ut vel fugacissimis mundi honoribus vel perituris diui-

(?) 5 tijs,

PRAEFATIO.

Hijs, vel brutis carnis voluptatis  
bus potiantur, Dei leges, eius-  
que decreta sanctissima violare  
non erubescunt: sicque Deum à  
quo animam qua viuunt, lucem  
qua fruuntur, panem quo nu-  
triuntur, spiritumq; quem du-  
cūt acceperunt, atq; in quo solo  
viuunt, mouent & sunt, cui cul-  
tus omnis & obsequium debe-  
tur: timore, amore, reverentia,  
& obedientia nefariè spoliant?

Quid igitur his cæcius? quid  
dementius? quid monstruosus  
esse potest? An non quāuis talpa  
cæciores sunt, qui cùm anima  
corpore longè nobilior sit:  
cùmque corpus ad animæ obse-  
quium tanquam ad finem de-  
finatum sit: animæ tamen cura  
prosorsus reiecta, se totos obse-  
quio carnis addicunt, & corpo-  
ri tribuunt, quod vni animæ iu-  
re suo debetbatur? An non ob-  
scura cæcitatis nox mentes eo-  
rum

PRAEFATIO.

rum oppressit, qui cùm futura  
vita præsentem vitam infinitus  
partibus antecellat, illa tamen  
quæ omnibus bonis cumulata,  
& in omnem æternitatem per-  
mansura est neglecta : in hac  
quæ momentanea, & omnibus  
malis referta est, toto animo at-  
que solicitudine versantur? An  
non cor eorum densa caligine  
obductum est, qui cùm Deus  
omnibus rebus conditis in infi-  
nitum maior sit, cumque sine  
illius prouidencia subsistere nō  
possint, illi tamen cultum &  
obediētiam quam debent præ-  
stare, nolunt, imò grauissimis  
sceleribus eum ad iracundiam  
prouocant: atq; adeò res crea-  
tas, totius naturæ conditori, æ-  
terno ac immortali Deo, sum-  
moque ac incōmutabili bono  
preferat? An nō profundissimis  
tenebris immersi iacet, qui nec  
diuini numinis metu, nec ad-

PRAEFATI.

mirans Redemptionis nostræ mysterijs, nec innumeris DEI beneficijs, nec Sanctorum qui nos præcesserunt gloriiosis exéplis, nec amplissimis cælestis gloriæ præmijs, nec inferorum horrendis supplicijs, nec saluberrimis Patrum scriptis, nec quotidianis Concionatorū vocibus & clamoribus, quibus ad virtutum & religionis studium incessanter vocantur, officij & periculi sui sic admonentur, ut à peccatis se cōhibeant, & præuum vitæ institutum, ac turpis simam vñuendi rationem deserant?

Vnde quæso tanta hæc humanarum mentiū cæcitas? Vnde hæc tam densa in mortaliū animis eorum præcipue, qui discipline Christianæ præceptis imbuti sunt, caligo? Quis eos ita omni luce spoliauit? quis teterimas

PRAEFATIO.

rimas hasce tenebras, quæ magnibus ut illæ Aegyptiacæ palpari possunt oculis eorum obduxit? ut ista nec videant, nec curent, nec villa eorum recordatione tangantur? Utique princeps ille tenebrarum, suggestor incitorque malorum omnium præstigijs suis horribilem hanc caliginem mentibus eorum iniecit, effecitque ut in meridiana luce caligarent, atque ea etiam quæ iudicio ac ratione damnauerant, amplectantur, eò quod voluntatem illorum prauarum affectionum vinculis constriktam teneat.

Miserandum sanè spectaculum cernere illos quibus clarum fidei iubar illuxit in tanta cœcitate ac mentis obscuritate versari, ac tale quod pijs hominibus acerbis & tantum nō sanguineas lachrymas excutiat.

(?) 7      Vedit

PRAEFATTO.

Vidit hoc R. P. BARTHOLOMAEVS, cuius sanctimonia & vita integritas per universam Italiam usque adeo testata & perulgata est, ut etiam fama miraculorum eius ad nos usque peruaserit: Vedit inquam, hanc hominū dementiā, & vehemēter indoluit, utq; malo huic occurreret, primò totam ferè Italiam peragravit, ac voce atq; exemplo lumen ei prætulit: tum verò quo ad plures fructus iste manaret, scriptis cœcitatē Christianorum illuminare aggressus est. Itaque librum insignem edidit quem (LVCEM ANIMA ad perfectionē anhelatis) prænotauit, ut ipso statim titulo causam scriptionis suæ cunctis palam faceret. In eo autem hoc maximè propositum habuit, ut Christianorum mentes à cœcitate, qua non parua eorum.

PRAEFATIO.

rum pars inuoluta est Vendica-  
ret, atque ad lucem summæ at-  
que incommutabilis veritatis  
quæ Deus est, reduceret. Quod  
ut ritè conficeret, singulas par-  
tes ad Christiani hominis illu-  
strationem pertinentes, sibi tra-  
ctandas sumpfit. Ad veram  
namque illuminationem pri-  
mò necessarium est, vt homo  
quibusdam cum adhortationi-  
bus, tum considerationibus ad  
relinquendas prioris erroris  
tenebras, ac mendacioris vitæ  
consilia amplectenda excite-  
tur.

Deinde vt à sceleribus ante-  
actæ vitæ, per quæ diuinæ gra-  
tiæ lumine priuatus fuit, per  
dolorem vehementem de pec-  
catis conceptam, per pæniten-  
tiæ lamenta, & opera satisfacti-  
onis per purgetur.

Posthæc vt ad cælestis lumi-  
nis

PRAEFATIO.

nis ratiōs excipiendos idoneus  
reddatur, opus est ut paſſiones  
animi moderetur, inordinatos  
appetitus reſtringat: priuato a-  
mori, propriæ voluntati, cæte-  
riſque diuinæ gratiæ obſtaculis  
bellum indicat & interitum  
adferat

Tum verò ita dispositus, ne-  
ceſſe eſt, ut orationi, cæleſtium  
rerum meditationi ac sanctis  
exercitijs infiſtat: diuinæ gra-  
tiæ lumē à bonorum omnium  
lārgitore expoſcat: ad cœleſtis  
amoris incendium, ad perfecti-  
onis culmen, ad arctiſſimam  
cum Deo vniōnem, ac veram  
voluntatis ſuæ cum diuina vo-  
luntate conformitatem inceſ-  
ſanter aspiret. Hic tum mens  
eius dici non potest quantum  
diuinis ſplendoribus illuſtre-  
tur, ac cæleſtis amoris facibus  
accendatur.

Hæc

P.R A E L AT I O N .

Hæc autem omnia Auctor  
hoc ordine prosequitur. In tres  
partes totum librum disperci-  
tur. In quarum prima stimulis  
aliquot hominem ad præiuam  
videndi rationem deferendam  
ac perfectioris vitæ studium  
excitat. His statim exercitium  
quo præteritæ vitæ scelera de-  
ploret, subiicit. Demum specu-  
lum in quo maculas animam  
suam deformantes, ac impedi-  
menta à perfectione præpedi-  
entia inspiciat, exhibet: quæ vt  
remoueat, singulis maculis atque  
impedimentis conuenientia  
remedia subnectit,

Secunda parte omnia quæ  
ad orationem ac meditationem  
roctè instituendam pertinent,  
persequitur. Et quoniam SS.  
Eucharistiæ Sacramentii fre-  
quens preceptio præcipuum ad  
spiritualem vitam cœlestem  
que

• P R A E F A T I O .

que illuminacionem adiumentum est, exercitia pro eius quo ad fieri potest, digna susceptione, adiicit.

Tertia pars ea potissimum quae hominem ad diuinam unionem ac transformationem proutchere possint complectitur.

In hunc itaque librum, Venerabilis & Religiose Pater, cum incidisse, partim amicorum admonitionibus persuasus: partim etiam sponte mea ad hoc satis incitatus, quod lectio-  
nem illius plurimis prodeesse posse intelligerem, illum in Latinam linguam conuerten-  
tendum suscepi. Quem labore, cum pro recepta huius saeculi consuetudine alicui nuncupare decernerem, tu, VENERANDUS PATER, ex omnibus potis-  
simum ob varias easque graues ratio-

PRAEFATIO.

rationes, occurſisti.

Primò namque, non sine  
maxima ingratianimi nota fie-  
ri posse intelligebam, vt te præ-  
terito alium mihi Patrem  
adſciscerem, cùm ea extent tua  
in me merita & beneficia, quæ  
nullis vñquam officijs remeti-  
ri possim. Tu enim (vt hoc præ-  
ceteris singularius commemo-  
rem) me mundo nuntium re-  
mittentem, & sanctæ Cartusia-  
næ familiæ nomen dare cupi-  
entem, in tuam curam & dire-  
ctionem ſufcepisti, ſæpè vacil-  
lantem confirmasti, labantem  
monitis erexisti, torpentem  
excitaſti, & ne pluribus, in cum-  
ctis rebus aduersis, & prosperis  
tuo præſidio fouisti, vigilantia  
cuſtodiuisti, & conſilio hacte-  
nus gubernasti, & etiamnum  
gubernas. Accedebat quoddili-  
brum de perfectione adipiſ-  
cenda

PRAEFATIO.

cenda differentem, nulli conuenientius inscribere poteram,  
quam tibi qui illius cum primis  
studiosus es, & semper fuisti.  
Deo que mihi certe persuadebam, nullum me gratius munus  
tibi qui huic domui Colonien-  
si praeces es, animarumque co-  
lestis disciplinæ præceptis im-  
buendarum curam adnexam  
haberes, offerre posse: quam li-  
brum, qui breuem methodum  
homines ad perfectionem ad-  
ducendi complectetur. Ac-  
cipe igitur, Venerande Pater  
munus hoc exiguum in mee  
erga te obseruantia pignus, &  
testimonium: atque in tuorum  
erga me meorum perpetua  
am confessionem, illudque ea  
benevolentia qua huiuscmodi  
pia scripta prosequi soles, am-  
plexere, ac patrocinio tuere.  
Quod si feceris nouo me tibi  
benefi-

PRAEFATIO.

beneficio deuinces.

Dominus I E S V S Christus  
Venerand. Paternit. Tuam,  
domui h<sup>ic</sup>, atque vniuerso  
Ordini nostro quam diutissi-  
mè saluam atque incolumen  
custodiat.

Datum ex Cartusia Coloni-  
ensi, Kalend. Septemb. Anno  
reparatæ salutis, Sexcentesimo  
sesto supra millesimum.

Venerandæ Paternit. tuæ

Filius & Subditus

F. Antonius Dulcken  
Cartusianus.

DISTRIBV.TIC  
TOTIVS OPERIS.

O Pusculum hoc in tres diuidi-  
tur partes.

R I M A Pars, pranotatur:  
SPECVLVM ANIMAE,  
qua maculas animam deformantes,  
earumq; remedia continet.

SECVND A Pars, pranotatur:  
HORTVS ORATIONIS,  
quæ rectè meditandi atq; orandi pre-  
cepta comprehendit.

TERTIA Pars, pranotatur:  
TESTAMENTVM ANIMAE  
CVM D E O, quæ mirabilem, di-  
uinum atq; Angelicum orandi mo-  
dum complectitur: Cum breui Ora-  
tionis Dominice & Salutationis An-  
gelica expositione.

**IN SIGNIS D. CIRY**  
SOSTOMI SENTENTIA,  
QVA DOCET NON TAN-  
tum Religiosos, sed quemlibet  
ad perfectionem obli-  
gatum esse.

Lib. 3. contra Monasticę vita ita-  
peratores.

**F**ALLIS te ipsum prorsus ac decipis,  
si putas aliud à secularibus viris; aliud  
à Monachis requiri. Hec enim sola est fere  
in vitroque viæ genere differentia, quod illi  
quidem Matrimonij vinculis se constringunt:  
hi verò his liberi perdurant: in reliquis ve-  
rò communis atque eadem ab viris que viæ  
ratio requiritur, unaque viris que pœna pro  
ijsdem culpis debetur. Et post multa in  
hanc sententiam dicta ita concludit.  
Itaque quod ad eandem viæ diligentiam,  
supremumque perfectionis fastigium, per  
diuinas leges & que secularis ac Monachus  
cogantur, quodque ambo si ceciderint, & qua-  
lia sint accepturi vulnera, neminem iam,  
quamlibet impudens sit & contemnosus, ne-  
gaturum existime.

APPROBATIO.

**E**go Frater Petrus Ernestus Zonsbeckius Augustinianus Gandavensis, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor eiusdemque in Alma Vniuersitate Colonensi Ordinarius Professor, ex speciali cōmissione, diligenter perlegi Librum istum, tribus partibus distinctum, in quo nil inneni, quod aut Romanæ fidei, aut Christianis moribus contrarieatur, quinimò omnia reperi ad perfectionem adipiscēdam vtilissimam: cumq[ue] fidelissimè ex Italico idiomate in latinum (saltem quoad sensum) sic translatus, prelo dignum iudicau. In cuius fidem manu propria subscripti.

Actum Coloniae in Monasterio nostro S. Augustini. Anno 1606.  
ipsis Calend. Septembris.

Frater PETRVS ERNESTVS  
qui supra manu propria.

SPECVLVM  
ANIMÆ

PRIMA HVIVS  
*Libri Pars,*

Quo Maculæ Ani-  
mam deformātes,  
earumque remedia  
continentur.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

IN NOMINE  
PATRIS, ET FILII, ET  
SPIRITUS SANCTI,

*Amen.*

# SPECVLVM

ANIMAE,

A'R.P.F.

BARTHOLOMAEO SALVE  
TIO, ORDINIS FRATRVM  
*Minorum de Observantia,*

AD LAVDEM ET GLORIAM  
ter sanctissimæ TRINITATIS, &  
totius coelestis aulæ, com-  
positum.

## PROLOGVS.

*Ad animam immortificatam & neg-  
ligentem in DEI Omnipotencis  
Creatoris & Conditoris  
sui seruitio.*

**E**ACIAMVS hominem ad  
imaginem & similitudinem Genes. I.  
nostram. Audi Anima neg- *Anima ad*  
ligens, & immortificata; imaginem  
inò penè coelesti & amantissimo Dei condita.

A 2 Patri

## PROLOGVS.

Patri & Creatori tuo mortua. Surge quæ dormis, & vocem dilecti Patris tui ausculta, eique cum sponsa dic. Vox dilecti mei pulsantis: en dilectus mens loquitur mihi.

Cant. 5.

O misera & infelix Anima, quid agis? quid moliris? quid cogitas? cur non conuertis te ad considerandam pulchritudinem in qua condita, & deformitatem in quam per peccatum lapsa es? O quam est insignis species & venustris tua naturalis, in qua primum à Deo creata fuisti?

Oen. 1.

Faciamus hominem, hoc est, animam, ad imaginem & similitudinem nostram: aiunt tres SS. Trinitatis personæ: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, cùm de tua plasmatione tractarent. Nunquid speciosior esse poteris, cùm ad imaginem & similitudinem Dei, cuius pulchritudo est infinita & ineffabilis efficta sis?

O te ingratam, cui hæc sola consideratio stimuli loco esse deberet, anima considerans se quo perfectionis semitam inires: benignumq;

ad imaginem

## PROLOGVS.

nignumq; ac amanissimum Patrem <sup>nam Dni</sup>  
& Deum tuum medullitus dilige- <sup>condicam</sup>  
res: illiusque amore tota conflagra- <sup>esse, amore</sup>  
res: & tamen (ô te miseram & cæ- Dei facile  
cam: ) tu somno & inertiae dedita, <sup>succenditur.</sup>  
in hac obscura & tenebricosa mun-  
di valle iaces, otio torpens, sociata  
impuro & fætido corpori tuo, cuius  
societas, nisi mores tuos correxeris,  
funesta & exitialis tibi futura est.

*Audi filia & vide & inclina aurem  
tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.  
Auribus percipe, yerba mea: quia  
charitas Christi vrget me: & quan-  
doquidem ruijpsiis cōmiseratione  
non tangeris, vtpote quæ laqueis &  
dolis huius mūdi innexa & circum-  
uenta es: nec dignitatem & excel-  
lentiam tuam magnipendis: nec per-  
fectionis viam ingredi laboras: nec  
imaginem Dei tibi impressam, ac à  
te scelerum immanitate deturpatam  
& commaculatam reformare: neq;  
ad Deum conditorem tuum tener-  
rimè te diligentem reuerti studes:  
voluntatis Christi est, vt ex nomine  
illius te vocem, excitem, stimulem,*

Psal. 44o

A 3      &c de

## PROLOGVS.

modo, quo quām citissimē ad  
cum redire possis, instruam. Quid  
negotium quamvis humeris meis  
impar sit, pro illius tamen, & tui pa-  
riter amore libens aggrediar.

*Docet me  
abodum in  
anima ima-  
ginem Dei  
reformandi.*

Terum priusquam methodum  
quo id persicidēbeat explicem. Pri-  
mum stimulis quibusdā ad cursum  
te perurgebo & extimulabo. Dein  
speculum, in quo omnes maculas  
& deformitates tuas intueri, easque  
cognitas abluere & mundare valeas,  
exhibebo.

*Stimuli aliquot animam ad perfe-  
ctionis studium excitantes.*

**A**V D I igitur Anima negligens,  
quæ profectus tui nullo desiderio teneris, ac perfectionis fasti-  
gium floccipendis : sed sufficere ti-  
bi, aīs, ea quæ ad salutem consequen-  
dam necessaria sunt: tredecim te sti-  
mulis aggrediar, ut periculum faci-  
am, num ad cursum impellere, atque  
ad perfectionis semiā ambulan-  
dam, te inducere, opinionemq; con-  
ceptam tibi euellere possim.

Stimu-

## PROLOGVS.

Stimulus PRIMVS: Considera qui minima naturam humanam adeò fragilem peccata negat & ad malum procluem esse: ut qui ligit, paulatim deliberat ac firmiter secum nō statim in gratia tuit; non tantum peccata sed occidit. fuit; non tantum peccata sed occidit. habitationes etiam peccatorum defugere, tunc ac cum feruore Deo seruire, facillime in flagitium, etiam contra voluntatem labatur; Exempli causa: Si quis dicat sibi sufficere peccatum carnis vitare, nec cogitationes ac verba carnalia, ceteraque libidinum occasiones abscondat, in magno discrimine illius peccati committendi versatur. Qui enim minima negligit, paulatim decidit.

Stimulus SECUNDVS: Expende ligatus est tecum fidem quæ verissima & indubitata est dictare, quemlibet Christianum obligatum esse pro virili prefectui studere; ut eò perfectius Deum honoret: qui tanto maiori ab homine honore afficitur, quanto is vita sanctimonia & integritate præcellentior est.

Stimulus TERTIUS: Perpendi de Deum cùm sit infinita bonitatis sollicitus de

A 4 & per-

## PROLOGVS.

perfectione & perfectionis, dignum esse qui à adipiscenda, nobis sine fine, ac mensura honore non honorat tur, ac colatur: Is autem qui totis Deum quantum viribus ad perfectionem non tentum potest, sed vulgari probitate contentus est, nō honorat Deum quantum posset, & quantum dignus esset honorari & coli summus ille Deus; qui nostri causa vsque adeò se humiliavit, vt humana carne vestiri, mortemque ignominiosam & turpisimam pro nobis existere non dubitanterit. Quare quoniam annitur toto peccatore, vt Dei amore mundum & immaculatum se ab omni flagitorum impuritate conseruet, quo illi gratum præstet obsequium, nimis ingratum se tanto benefactori, qui tantis ipsum muneribus decorauit, tantaque benignitate prosecutus est, demonstrat.

Stimulus QVARTVS: Sublimitatem & difficultatem diuinorum mandatorum tecum reuolue: Quorum hoc præcipuum est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex tota virtute

Marc. 12.

Deus toto  
corde aili-  
gendus.

## PROLOGVS.

*virtute tua. Quibus verbis non ex-  
igitur à nobis vulgaris probitas, sed  
totius probitatis & sanctimoniaz  
perfectio. Quemadmodum alibi  
Christus ait: Estote ergo vos perfecti, Matth. 5.  
sicut Pater vester cœlestis perfectus est.  
Et S. Paulus. Imitatores Dei estote sicut  
filii charissimi. Et S. Ioannes. Qui sanctus  
est sanctificetur adhuc. Hæc autem qua-  
ratione implentur ab anima negligi-  
gente, nec pro virili ad perfectio-  
nem tendente?*

*QVINTVS Stimulus: Considera  
quantis præter insignia illa beneficia  
Creationis & Redemptionis, Deus  
præterea beneficijs te sibi obligauer-  
it. Quod si ritè perpendas, fieri non  
potest, ut adeò frigida sis, quin nō ac-  
cendaris amore erga tantum bene-  
factorem, qui visibilia & inuisibilia  
cuncta tui amore condidit: qui eti-  
am si tu sola in mundo existeres, tui  
solius causa cœlos, elementa, cœte-  
rasque creaturas, imò & Angelos, ut  
tuo ministerio seruirent, creasset. O  
amorem Dei erga nos effusissimum.  
O excedandam nostram ingratitu-*

A 5 dinem.

*Beneficiorū  
dignorum  
cōsideratio,  
calcar ho-  
mini ad per-  
fctionis stu-  
dium addit.*

## PROLOGVS

dinem. O amorem immensum quē  
Deum tam multa pro nobis facere  
ac perpeti coagit. O nostram ingra-  
titudinem , qui amorem eius pari-  
bus officijs rependere nō studemus.  
O amorem Dei qui non contentus  
hac munificentia, seipsum nobis re-  
seruat in pr̄mium in cælesti gloria.  
O inauditam nostram ingratitudi-  
nem , qui ha nc fœlicitatem parui-  
pendimus , tepidē & oscitāter viam  
Dei perambulamus, nec inflamma-  
to animo ad supernam illam beatifi-  
tudinem tendimus, de qua scriptum  
est : *Nec oculus vidit, nec auris audijuit,*  
*nec in cor hominis ascendit, que*  $\Theta$  *quanta*  
*præparauit Deus diligētibus se.*

SEXTVS Stimulus : Peccati de-  
formitatem & virtutis pulchritudi-  
*qui ad per-* nem tecum pertracta: quorum illud  
*fectionem* animam foedè commaculat, hæc ve-  
*rotū viribus* rò insignem ei decorē addit: Dum  
*non tendit*, itaque vniuersa peccata etiam veni-  
*aliquo modo* alia pro posse non vitas, sed conten-  
*delebasur* tus es à mortalibus tantummodo  
*in usurpiandi*. abstinere: nec ad perfectionem totis  
*ne peccasi*. *viribus tendis*, aliquomodo in vi-  
tiorum

## PROLOGVS.

tiorum deformitatem delectaris , nec  
illam quam debebas summi & infi-  
niti boni rationem habes. Utinam  
multitudinem & immanitatem sce-  
lerum tuorum perspiceres , utique  
tempus reliquum bonis operibus  
redimere satageres, nec plura priori-  
bus peccatis adiungeres. Et certe  
quando tandem pro anteactis cri-  
minibus satisfacies, qui onus tuum  
indies nouis sceleribus aggrauas,  
nec in via Dei proficere studies? *Hei*  
*mibi quia incolatus mens prolongatus est:*  
aiebat Propheta Regius , partim  
quod vehementer metueret ne in  
flagitium aliquod laberetur, partim  
quod ingenti desiderio summi boni  
flagraret. Quo & S. Paulus teneba-  
tur cum ait: *Cupio dissolui & esse cum Christo.* *Philip.1.*

*Psalm.115.*

SEPTIMVS Stimulus: Perpende *Opera San-*  
diligerent quām praeclara Sancti e- *ctorum ad*  
gerunt, qui nullam sibi à pijs actio- *perficio-*  
nibus requiem concesserunt, consi- *nem nos si*  
derantes quod in via Dei non pro- *malant.*  
gredi retrogredi est.

OCTAVVS Stimulus: Considera

A 6      quām.

## PROLOGVS.

*Qui secum considerat hostium suorum poteritiam et frades, perfectionis studium non contemnet.*  
Prover. 24.

quām potentes & omnibus ad nocendum artibus instructissimi sint aduersarij nostri: Diabolus, Caro & Mundus. Præterea cogita, Sanctos qui cautissimi & circumspectissimi fuerint, tota industria & viribus suis, non potuisse ita cautè in hoc mundo vitam exigere, quin non in multos sèpè defectus laberentur, ut enim ait Sapiens. *Septi s in die cadit iustus.* Quanto itaque tu infelix Anima frequentius in scelera graui rues, quæ cùm sis imperfecta, perfectionis studium nihili pendis?

*Qui secum considerat diuinorum iudiciorum profunditatem, ad perfectionem pro posse contendet.*  
1. Pet. 4.

NON VS Stimulus: Diuinorum iudiciorum profunditatem & diversitatem à iudicijs hominum, attende: quandoquidem homines secundum extrinsecam tantummodo speciem, Deus verò secundum veritatem indicat. Si ergo Dei iudicia adeò secreta ac tremenda sunt, vt Scriptura dicat: *s iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi parobūt?* Quomodo tu Anima negligens audes dicere, communem tibi viuendi modum ad salutem sufficere? Cauē igitur tibi misere-

## PROLOGVS.

misera, & nunc mentis oculos aperi, ne postea errorem tuum acerbis lachrymis nequicquam deplores.

DECIMVS Stimulus: Memineris te aliquando à corpore separandum, & diuino iudicio sistendum Mortis certum esse: sed quomodo, quando & ubi pars incertitudinis efficiendum ac sollicitè attendendum est, ces sunt adne imparatam te mors adoriatur? perfidio. Vigilate ait Christus, quia qua hora non nemus stimulū putatis filius hominis venire. Vigilate quia nescitis diem neque horam.

Matt. 25.

VNDECIMVS Stimulus: Considera iusticias nostras esse, tanquam pannum mulieris menstruatæ: Si ergo opera nostra bona sunt adeò imperfectio perfecta, & innumeris maculis contaminata, cur non totis viribus laborabimus, ut minus imperfecta & perfectionis maculata sint? Expergiscere igitur studium ex Anima: excutere de sommo pigritiam, quantum eniti potes tantum fac ut ad perfectionem tendas, quia licet totis conatibus eo feraris, nihilominus multis adhuc imperfectionibus plena eris.

A 7

D Y O-

4 PROLOGVS.

DUO DECIMVS

Stimulus: Recordare Dei iudicia profunda esse, multosque qui primum insigni sanctimonia & morum integritate vitam exegerant, postea lapsos esse.

Recedat tibi in mentem illius Sancti

*Exemplum* Patris, cui Hiero nomen, memoria: qui tantæ abstinentiæ vir extitit, iusdam S.

*Patris post* post multos dies pane & aqua se reficeret: nec de abstinentiæ suæ rigore ipso solenni Paschæ die quicquam relaxaret: somni adhæc parcissimus: vilitatis vestimentorum aman-

tissimus: Hic tandem post quadraginta annorum labores, Dæmonis astu in fraudem inductus, & ut in puteum se præcipitem daret persuasus fuit: quo præcipitio mortem sibi consciuit: quod idcirco ei euenisse creditur, quod nimio plus iudicio sui capitis inhæreret. Itaque si hanc solam ob causam, tali poena multatus fuit, quis non videt insignis amentiæ indicium esse, quod dicas: sufficere tibi communem probitatem, de perfectionis autem cul-

mine

PROLOGVS.

mine & sanctitatis titulo, non mag-  
nopere laborare?

DECIMVS TERTIVS Sti-  
mulus: Si prædicti stimuli te nihil  
ad ferverem promouent: Conside-  
ra demum infernali poenarum  
immanitatem & acerbitatem, in  
quibus Anima non tantum de gra-  
uioribus, sed etiam leuioribus cri-  
minibus acerrimè cruciatur, atque  
igni æterno atq; inextinguibili tor-  
quetur: Ignis enim eorum non extingue-  
tur, & vermis eorum non morietur.

Quapropter Anima, firmiter &  
seriò statue poenitentiæ operibus  
Deum tibi propitium reddere, &  
corpus tuum quod tibi quidem a-  
amicissimum esse videtur, sed iura-  
tissimus hostis tuus est, edomare.

Experciscere Anima, & propone  
totis viribus IESV Christo sponso  
tuo, præcipuo tui amatori, famulari:  
eiusque obsequijs te totam impen-  
dere: Nunquid non ipse est pulcher-  
rimus? Speciosus forma præ filiis homi-  
num. Nunquid non dignus est omni Psalm. 44.  
seruitio, qui pro te homo factus est?

EAD.

Infernī po-  
ne efficaces:  
ad perfecti-  
onem stimu-  
los addunt.

Isa. 66.

Exhortatio  
anime tepi-  
de et negli-  
genies.

16 PROLOGVS.

Philip. 2.

Isa. 53.

Exinaniuit semetipsum formam serui accipiēs, ex habitu inuentus ut homo. Qui pro te morte subiit? Vulneratus est propter scel. ranostra, attritus est propter iniquitates nostras, cuius liuore sanos sumus.

Aha itaque pulcherrimum hunc  
IE S V M.

Serui dulcissimo IE S V.

Placere stude optimo IE S V.

Inuoca IE S V M.

Desidera IE S V M.

Amplectere IE S V M.

Adhære IE S V.

Alatere IE S V nunquam discede.

In IE S V solo voluptatem quere.

IE S V soli obsequium gratū præstare stude.

Et ego amore huius IE S V, insigne ac perlucidum tibi speculū proponam in quo te possis cōtemplari, ut maculis quae te oculis sponsi tui IE S V deformē & minus acceptam reddunt, inspectis, eas eluas & purges, quo ipsi placere, & nitida coram eo apparere valeas.

Laus & honor sit IE S V.

IE S V sit nobilicū, Amen.

IN



IN NOMINE  
PATRIS, ET FILII,  
ET SPIRITUS SANCTI;  
AMEN.

Ostium per quod patet ingressus ad  
speculum animæ, & facilis ad perfe-  
ctionem aditus.

**D**IX I confitebor aduersum me Psal. 31.  
Iniquitatem meam Domino: O Anima inci-  
tu remisisti in peccati pœnæ illumina-  
mei. nari.

Vbi es misera & infelix anima  
mea? Quis iste labyrinthus in quo ob-  
erras? Quæ iste fôrdes & immunditiae  
quibus immersa iaces?

Exurge misera. Expercere de  
peccati somno: Surge & exurge à mor-  
tuis, & illuminabit te Christus. Relinque  
densissimas peccatorū tenebras, qui-  
bus circumfusa es, & reuertere ad Do-  
minum Deum tuum, quem nimis im-  
pudenter ac nefariè offendisti.

Surge velociter; confringé compe-  
des & catenas scelerum quibus vin-  
cta es; disrumpe funes & vincula pec-  
catorum.

18 SPECVLVM ANIMÆ  
catorum, quibus constricta teneris, &  
conuertere ad Dominū Deum tuum,  
2. Par. 36- qui benignus ad penitentiam te expectat, &  
penitet super malitia hominum. Surge igitur,  
de admisis criminibus. dolorem  
concepe, veniam eorum à Deo clementissimo humili prece efflagita, &  
prima oportunitate omnes animæ tuæ  
maculas integrè sacerdoti patefac, &  
explica; sicque per Confessionis Sa-  
cramentum abluta & perpurgata, si  
ad sublimiorem perfectionis gradum  
ascendere atque à Christo illuminari  
cupis, infra scriptum exercitium quo-  
tidie exerce, illud namque ostij vice  
tibi erit, quo ad perfectionem ingre-  
diaris.

Instructitur  
anima quid  
agere de-  
bet.

Ostium primum. per quod ad perfecti-  
onem facile peruenitur.

Exercitium  
nocturno  
tempore ex-  
cendum.

R E C I P E te anima mea, poste-  
quam Confessionis Sacramento  
ab omnibus scelerum maculis emun-  
data fueris, per singulas noctes in lo-  
cum aliquem solitarium, & ab homi-  
num tumultu & strepitu sepositum,  
atque inibi profundissimo noctis si-  
lentio,

PARS PRIMA.

lentio, toto corde coram altissima  
Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, maiestate humiliata, ac in terram prostrata, oculos ad cœlum erige, & ad Deum per colloquium conuersa, ipsum quantis potes laudibus & praæconijs affice, temetip-  
sain verò accusa, argue, & increpa,  
ac decem vel duodecim criminum  
tuorum præ cæteris grauiorum &  
foediorum, quibus diuinam mai-  
estatem offendisti enumera, atq; cum  
filio prodigo dic:

*Pater peccavi in cœlum, & coram te,* Luc. 15.  
*iam non sum dignus vocari filius tuus.*  
O Pater coelestis, ego sum foeda illa,  
& impudens meretrix, sponsa qui-  
dem tua, sed quæ pluribus annis, me-  
metipsam mundo, carni & diabolo  
prostitui; fidem datam violauit; ac  
nefandis adulterijs & scelerib' meis  
tam multis, ut numerari nequeant,  
imò nec ab omnibus creaturis quā-  
uis linguis præditæ forent, enarrari  
valeant; tuam diuinam maiestatem  
ad iram prouocauit.

*O Pater peccavi, super numerum arena-* 2. Par. 36.  
*meris,*

*Accusat se  
anima pec-  
atrix.*

¶ SPECVLVM ANIMAE  
maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ  
Domine, multiplicatæ sum iniquitates meæ,  
& non sum dignus intueri & aspicere ali-  
tudinem cœli, præ multititudine iniquitatum  
marum, quia excitaui irundiam tuam,  
& malam coram te feci. Hæc dicendo,  
suspira, gemitus, plora, vehementissi-  
mè atq; ut tantò efficacius ad dolo-  
ré & planctū exciteris, magisq; tei-  
psam confundas & humilias, bene-  
ficia quæ tibi Deus contulit primo  
generalia, deinde specialia recole,  
cumq; lachrimis & suspirijs sic ad  
eum conuersa, dic:

Generalia e. O Domine ego sum ingrata &  
numerat be. scelerata illa anima, quæ cùm in me-  
neficia sibi à ipsa nihil essem, à te Patre benignis-  
Deo p̄fici- simo, & omnipotenti de nihilo cre-  
ta, atq; ad imaginem & similitudi-  
nem tuam condita sum : tamq; no-  
bili & præclaro esse donata, vt in  
præsenti vita per gratiam te possi-  
dere, & in futura per gloriā te per-  
frui valeam : Et nihilo secius ego  
misera & infoelix seuerissimum tu-  
um iudicium, iustitiamq; in me us-  
queadè prouocauī, vt nisi tu benig-  
nisi.

PARS PRIMA. 21

nissime, ac clementissime Domine mihi succurras, auxilioque sis, melius mihi fuerit, nunquam solis huius lucem aspexisse, aut in mundum editam fuisti.

O Iesu cruci affixe, Domine in i, *Enumeras* nunquid non es tu summus ille beatus beneficia à torum spirituum rex & Imperator, *Christo* sibi ac Deus potentissimus, qui te adeò præstata, spe- demisisti, ut mei causa homo fieri, in *ciatim* mor- hoc mundo triginta tribus annis, *tem quæm* tanquam abiectus, & infimæ condi- *pro se subiit*. tionis homuncio conuersari, & fa- tigari, multisq; molestijs, persecuti- onibus, aduersitatibus & contume- lijs exerceri dignatus sis?

Et nihilominus ego Domine, ma- iestatem tuam per summum scelus & arrogantiam spreui, tecq; fontem vitæ, cum sordibus, immunditijs, ac spurcijs huius mundi commutaui. O cæcam. O miseram me. Quo fu- giam? Vbi abscondar à facie tua?

Heu me miseram Domine, qui contentus minimè fuisti, eò te hu- miliasse, ut Deus cùm esses, homo fieres, *Quinetiam* vt omnes amoris aby-

*Enumeras*  
ea que Christus sua cau-  
sa passus est.

SPECVLVM ANTMAE  
abyssos superares, mei amore, innu-  
mera conuictia, cruciatus & tormenta  
sustinere, arque adeò toto corpo-  
re concidi & vulnerari voluisti, vt à  
planta pedis usque ad vèrticem, non  
fuerit in te sanitas: Et vulneribus ac  
liuoribus ita deformari, vt tanquam  
leprosus & nouissimus virorum re-  
putatus sis, cui non est species neque  
decor.

Afa. 13.

Quid igitur agam misera? Quid  
infoelix dicam? Quo me conferam?  
quādoquidem tam immanium cru-  
ciatiuin, afflictionum, contumelia-  
rum, tormentorū ac poenaruin cau-  
sa, ego sum. Quæ non modo nullam  
tibi gratiam, per eorum omnium  
quæ pro me fecisti & pertulisti, ag-  
nitionem & gratiarum actionem  
rependi: sed etiam benignitatem &  
maiestatem tuam sordibus & im-  
munditijs meis prouocaui, adeoque  
commerita sum, contra quam om-  
nes creature arma capiant, vltio-  
semq; scelerum, quibus altissimam  
ac tremendam maiestatem tuam of-  
fendi, à me exposcant.

Creatura

O coe-

PARS PRIMA.

O coelum. O terra. O aqua. O ignes ad  
mis. O Lupi. O Vrsi. O Leones. O Tigres. ac cætera immanitate singulari sumendam  
animalia, venite, dilaniate ac discer-  
aduocat.  
pite miserū hoc corpus. O Serpen-  
tes. O Dracones, cunctæque vene-  
nosæ bestiæ, venite, mordete, ac di-  
lacerate, me impiam & sceleratam.  
O creaturæ Dei omnes, adeste ad-  
uersum iniquam & flagitiosam hanc  
animam, & vltionem iniuriarum &  
offensarum, quibus Dominū, Crea-  
torem, & Deum vestrum impuden-  
ter ac nefariè affecit, ab ea expo-  
scite.

Deinde diuina beneficia speciatim  
sibi collata, enumera:  
dicendo.

O Domine, quantis, præter gene-  
ralia prædicta, specialibus be-  
neficijs, iniquam & ingratam hanc,  
animam dicam an cadauer, aut fœ-  
dam vilissimamq; bestiam, tibi ob-  
ligasti?

O ingratissima & iniquissima a-  
nimæ meæ considera tecum paulis-  
pers;

Beneficia  
particularia  
enumerat.

24 SPECULVM ANIMAE  
per; quam multos te digniores, te  
potentiores, & te melius per diui-  
nam gratiam ad suscipiendum in-  
fluxum cœlestium charismatū præ-  
paratos, Deus in misericordijs & sceleri-  
bus suis reliquit, à quibus te per  
summam clementiam suam libera-  
uit?

*admiratur  
anima quod  
Dens eam  
respexerit.*

O Domine ad quem respexisti aut  
in quem defixisti oculos? In sterco  
& lutum: In creaturam impurissi-  
mam: In cloacam & sentinam totius  
spurcitie. O quanta hæc tua fuit  
clementia, quod plurimos in tene-  
bris suis immersos relinquendo, me  
improbam & obstinatam, è profun-  
dis voraginibus & tenebrosis abys-  
sis scelerum eduxisti, atq; violentia  
salutari ad splendidissimā lucem in-  
comutabilis veritatis tuæ reduxisti.

O piissime ac clementissime Do-  
mine: O pater amantissime: Quam  
multos (quod beneficium maximū  
est) qui tibi feruentius inseruierunt,  
minusq; te offenderunt quam ego,  
deseruisti: qui in peccatis mortui, ad  
sempiterna gehennæ incendia de-  
uolu-

PARS PRIMA. 25

uoluti sunt, è quibus nullo vñquam tempore emergere poterunt, sed in omnem æternitatem torquebūtur: & mihi qui nullum tibi seruitium impendi, sed Dæmoni contempta summa maiestate tua, continuò adhēsi, ac famulatus sum, arrhabo nem gratiæ tuæ in præfenti vita donasti, atque in futura vita cœlestem gloriam (vti confido) asseruas?

Heu Domine benignissime, Pater misericordiarū & Deus totius consolationis, tam innumerabilia & immania sunt scelera mea ut pro ijs satisfacere nequeam: Et tanta insuper est mea pro immensis beneficijs, quas in me larga manu contulisti, ingratitudo, ut ea nulla ex parte remetiri, aut parem illis gratiam reponere valeam: imò potius propter malitiam & ingratitudinem meam totidem infernos commerita sim.

Veruntamen cùm neque possum, Rogas Deū neque debeam mihi metipſi manus *ut se occid* violentas adferre, mortemque con- *aut Angel* sciscere: tu me potius occide atque *extermine* interfice: & si hoc ipsum animus toris

B

cuius

*Exaggerat  
anima sua:  
iniquitate*

26<sup>o</sup> S P E C V L V M A N I M A E

*ministerio  
necet.*

tuus (pro ea q[uod] p[ro]d[uc]tus est pietate  
atque benignitate) neutiquam pati-  
tur, Angelum tuum exterminato-  
rem mitte, qui me perimat, occidat  
atque seueram de m[isericordia] vltionem ca-  
piat. Si autem nec hoc (pro immen-  
sa qua es clementia & benignitate)  
facere voles, quandoquidem meip-  
sum interficere nequeo, hoc tamen  
quod possum faciam: Itaque me-  
metipsum tibi tanquam homicidam,  
& prædonem, vincitum & catenis

*Doret se o-  
tam Christo.* post terga religatum, in perpetuum  
mancipium, donabo: ut tibi soli per-  
petuo seruiam, nec vñquam ex his  
me vinculis, quæ ipsa mihi circum-  
dedi, expedire aut à te separari va-  
leam.

Hoc peracto, abijce te toto cor-  
pore in terram, imò contende p[re]z  
humilitate ipsam terram penetrare,  
atque subtilius ipsam esse; vt sic teip-  
sum quam profundissime sub diui-  
na maiestate humilis, deprimas, &  
contemnas: Diuinam verò maiesta-  
tem extollas atque laudibus efferas.  
quanto nanque maior fuerit humili-  
tas

*Instruitur  
quid post  
hanc facere  
debeat.*

PARS PRIMA.

27

litas tua, tanto singulariorem sperare debes te consecuturum misericordiam: Quia Deus benignissimus Pater, cum te sic humiliatum conspexerit, amplius se continere non valebit, quin in amplexus tuos ruat, tibi gratiam largiatur, verumque de peccatis dolorem, aut certe dolorem de eo, quod ita ut par est, de peccatis tuis conteri nequeas, infundat.

Si prima nocte, qua exercitium hoc exercueris, hanc gratiam non concesserit, tu nihiloseius sequentibus noctibus illud maiori cum affectu, deuotione ac feroce prosequere, quia tandem animum eius superabis.

Verum si hoc ad contritionem excitandam non sufficerit, adiunge singulis noctibus huic exercitio flagella, & corpus tuum crebris ictibus afflige, atq; toto corde ad Deum clama. *Deus, Pater mi, miserere mei. Deus, Pater mi, miserere mei. Deus ne derelinquas me. Deus ne proicias me à facie tua.*

*Instruitur  
ut corpus  
flagellat.*

B 2

Atque

28 SPECVLVM ANIMAE

Atque in his id spatium quartæ  
partis vnius horæ, vel media hora,  
aut quamdiu tibi visum fuerit, debi-  
ta discretione seruata, persistendo,  
corpus virgarum ictib[us] cæde.

Deinde iterum toto corpore pro-  
stratus in terram, atque profundissimè coram Deo humiliatus, dices.  
Ecce Domine, h[oc]c ante pedes tuos,  
in oculis atque conspectu tuæ ma-  
iestatis moriar, quandoquidem om-  
ni ope tua destituisti me. Certissimè  
tibi persuadeas, si ita egeris, quod  
Deus viscera misericordiæ suæ ul-  
tra abscondere non valebit, quin  
gratiam suam tibi impertiatur, ma-  
ximè, si flagellatio, quæ præcessit,  
tam feruida & acris fuerit, ut san-  
guinem prolicuerit.

*Informatur  
quemodo  
exeritium  
hoc termi-  
nare debeat.*

Nihilominus si faciem suam nec-  
dum ostenderit, bono animo esto,  
id enim agit, ut postea maiori gra-  
tiarum & consolationum suarum  
abundantia te perfundat. Quare ne  
frustraneo labore consumaris: eri-  
ge te demum in genua, & manibus  
ad coelum sublatis, exercit[us], huic fi-  
nem

PARS PRIMA. 29

nem impone, iniunctione illa quā  
in hortulo, quem de sancta oratio-  
ne conscripsi, tu didimus: sic enim  
secura eris, te maiora etiam votis  
imperaturum, ad laudem & glo-  
riam totius coelestis curiæ. Amen.

IN NOME  
PATRIS, ET FILII,  
ET SPIRITVS SANCTI,  
Amen.

*De Maculis Animæ.*

QD. CAPVT I.

Let AVera malitia cor tuum Ierusalem, 1er. 4.  
vt salua fias. Singulari cumpri-  
mis diligentia, tibi ò anima qua-  
cunque angustam perfectionis se-  
mitam inire contendis, opus est: in  
corde ab omni malitia, cunctisque  
scelerum, & passionum maculis e-  
luendo & expurgando: in quibus  
non tantum vniuersis, sed etiam sin-  
gulis mundandis strenuam te ope-  
ram collocare oportebit. Quod vt  
eo facilius agere possis, omnes ani-

B 3

mi

30 SPECVLVM ANIMAE

Quidam maculas, quas in hoc speculo sub numero vicens & quino complexi sumus, (ut insipienti manifestum est,) sigillatim persequemur, & explicabimus, methodumq[ue] maculas eorum eluendi ostendemus: Sunt autem haec.

- Divisio eorum      Prima est, propria voluntas.  
que in hoc      2. Affectio nimia ad res tempora-  
speculo tra- rales.  
duntur.      3. Affectio inordinata ad res sen-  
suales.  
4. Amor inordinatus.  
5. Negligentia & otium.  
6. Timor nimius poenarum in-  
fernali.  
7. Inquietudo & impatientia  
cordis.  
8. Quæsitio sui ipsius.  
9. Desiderium honorum & glo-  
riæ mundanæ.  
10. Curiositas.  
11. Vana gloria.  
12. Distractio cordis.  
13. Amaritudo siue tristitia ani-  
mi.  
14. Delectatio cogitatorum in-  
telle-

PARS PRIMA. 31

tellectualium, siue curiosa specula-  
tio intellectus.

15. Nimia sollicitudo in rebus  
externis.

16. Otium & recreaciones.

17. Tedium & acedia.

18. Contentio.

19. Iudicium temerarium.

20. Nimia confidentia.

21. Pusillanimitas animi.

22. Metus nimius spectrorum: &  
molestiarum corporalium.

23. Multiloquium.

24. Scrupulositas.

25. Complacentia in dulcedi-  
ne consolationum spiritualium &  
visionibus.

Hæ sunt maculæ generales, quæ  
tibi, Anima, impedimentum obijci-  
unt, quo minus secretum sponsi tui  
IE S V Christi, dulcissimi amoris  
tui thalamum ingredi, eoqué per-  
frui possis. Itaque si ei placere ap-  
petis, mundanas sponias imitare,  
quæ ut sponsis suis probentur, omni  
arte ac diligentia in se ornandis,  
& facie fucatis colorum pigmentis

*Anima mun-  
di sponsas i-  
mitari de-  
bet.*

B 4 obli-

32 SPECVLVM ANIMAE  
oblinienda, vestimentisque varijs  
odoramentorum ac vnguentorum  
odoriferorum generibus imbuen-  
dis, vtuntur, quo speciosiores ac  
fragrantiores coram eis appareant:  
Cum ergo ex innumeris penè ma-  
culis, quæ te deformem atque oculis  
formosissimi atque nitidissimi  
Iesus v sponsi tui detestabilem atque  
execrandam reddunt, hæ sint præci-  
pua, quæ cæteras ambitu suo com-  
pletuntur, elaborandum totis vi-  
ribus atque desudandum tibi est, vt  
eas eluas, atque è conspectu sponsi  
amoueas, ac teipsum in hoc speculo  
injiter intuearis, & examines.

Ego quidem amore dulcissimi,  
melliflui & suauissimi Iesu v & tui  
etiam amore, informabo te de mo-  
do quo singulas earum specialiter  
eluere ac mundare valeas. Iamque  
ordiar à prima, in nomine ter San-  
ctissimæ ac semper venerandæ Tri-  
nitatis. Patris, Filij, & Spiritus San-  
cti: & dulcissimi Iesu v. Amen.

De Propria Voluntate, Macula I.

C. A.

## PARS PRIMA

3

## CAPVT IL.

**S**i quis vult venire post me, abneget se. *Matth. 16.*  
 met ipsum, & tollat crucem suam, & se-  
 quatur me. Verba hæc, anima, sunt  
 sponsi tui IES V Christi. Quibus  
 instrueris, primum ac præcipuum  
 semitæ spiritualis fundamenum  
 esse propriæ voluntatis abnegatio-  
 nem. Propria namque voluntas, tam  
 foedam ac turpem animæ maculam  
 aspergit, vt illam oculis sponsi sui  
 IES V Christi prorsus abominabi-  
 lem constituat: Qui adeò propriæ  
 voluntatis inimicus est, vt de seipso  
 dicat. *Veni in hunc mundum non ut faciam* *Iean. 6.*  
*voluntatem meam, sed voluntatem eius*  
*qui misit me.* Et proxiinus passioni,  
 cùm factus in agonia, Patrem in  
 horto deprecaretur, sanguinemque  
 toto corpore sudaret, voluntatem  
 suam in Patris manus integrè con-  
 signauit dicens. *Veruntamen non mea*  
*voluntas, sed tua fiat.*

Anima igitur quæ sposo cœlesti  
 probari concupiscit, omnem curam  
 ac diligentiam adhibeat, vt condi-  
 tionibus & moribus eius sese to- *Anima Chri-*  
*sto placere*  
*et piens,*  
*debet con-*

B 5 tam

*Propria vo-*  
*luntas pre-*  
*cipua est a-*  
*nimæ macu-*  
*la.*

*Lue. 22.*

34 SPECVLVM ANIMAE

formare.

Philip. 2.

Propria vo-  
luntas omni-  
studio extir-  
panda.

tam, quoad fieri potest, accommo-  
det & conformet, quarum præcipue  
sunt humilitas & obedientia: chri-  
stus enim factus est pro nobis obediens us-  
que ad mortem, mortem autem crucis.

Quapropter dies, noctesque vni  
huius studio inuigilet, quomodo  
plurimas aquas & smigmata per-  
uestiget, quibus foedam & putidam  
propriæ voluntatis maculam eluat.  
Et quantum conniti potest, quan-  
tum labore contendere, tantum fa-  
ciat ut propriam voluntatem fran-  
gat, atque profliget, aliorumque vo-  
luntati subijciat, si sponso accepta  
probataque esse appetit: secus si fe-  
cerit, certò sibi persuadeat, non ad-  
eò noxiū cadaver mortuum fœ-  
torem exhalare, nechominibus ad-  
eò abominabile esse, quantum ani-  
ma proprij sensus, iudicij, & volun-  
tatis coram Deo foetet atque hor-  
rori est.

Quare opus est, ô Anima, sponso  
tuo IESU Christo placere cupida,  
ut te integrè in diuinum eius bene-  
placitum resignes, ac sine vlla con-

tra-

PARS PRIMA. 35

tradictione, promatissimam ad omnia quæcunque de te facere voluerit offeras, ei in omnibus ad nutum morem geras, cunctisque quibus ille voluerit, propter ipsum libens obtemperes.

Veruntamen aduerte non ideo *Non esse ad necessarium esse*, ut quisquis perfectione desiderio tenetur obedientiam *necessarium* iam voleat: hoc namque si ita est obedientie set, illi soli qui obedientiæ voto sese *votum* obligant, ut sunt Religiosi, perfecti forent: quod falso esse quotidiana docet experientia, cum plurimi in sæculo & hactenus peruenient, & modò perueniant ad maiorem, præ multis Religiosis, perfectione.

Sed necessarium est uniuersaliter ad perfectionem anhelanti, ut integrè in cunctis rebus & euentibus in diuinam se voluntatem resignet: Quales non paucos in sæculo reperi licet, qui quamvis sub nullius hominis obedientia constituti sint, solum tamen Dei beneplacitum in omnibus quæ grata ei, acceptaque esse cognoverint, adimplere satagunt,

B 6 ac pro-

*Anima et  
perfectionis  
aspirans  
Deo in om-  
nibus se re-  
signare de-  
bet.*

36 SPECVLVM ANIMAE

ac proinde maximos indies in vita  
spirituali progressus faciunt.

*Hoc ipse  
fragiles obe-  
dientiae se-  
debent sub-  
mittere, ut  
ad perfidi-  
onem perue-  
niant.*

Verum enim in eis, cum reperiantur nonnulli adeo in spiritu imbecilles & infirmi, qui si tentationibus appetantur, aut occasiones peccandi habeant propter fragilitatem suam, & modicum amorem Dei, ac magnam immortificationem & irresignationem, quam in se sentiunt, sola diuinæ voluntatis regula, à peccato se coercere non valent, quamvis bona voluntate diuinum beneficium in omnibus perficiendi prædicti sint: Talibus necessarium est ut obedientiae alicuius hominis se subiificant, cuius directione consilio & adiutorio, temptationis tempore viatores euadere, hostiumque machinamenta superare queant; quod etiam, dum rebelliones, immortificationesque naturæ sentiunt, seipso relinquere compellantur, ac exerceantur ut ad perfectionem perue-niant, eo quod seipso nō bene vincere valeant.

*Perficitio*

At hi qui perfecti sunt, aut certè  
licet

PARS PRIMA 37

licet perfectionem nondum conti-  
gerint, adeò fortis animi sunt, atque *obedientie*  
spiritu Dei atque amore eius intus *Dei subsint*.  
sic aguntur, ut per exiguo illo cum  
timore & amore quo prædicti sunt,  
victores in temptationibus euadant:  
dum videlicet, eo solo fræno, quod  
ea quæ ipsis à temptationibus fugge-  
runtur, Deo displicere animaduer-  
tant: à vitijs se cohibent, salutarem  
sibi violentiam inferunt, sicque glo-  
riosam de seipsis victoriam reportant,  
ad altissima perfectionis fasti-  
gia plerunque pertingunt, sine sui  
sub alicuius, præterquam ipsius Dei,  
superiorumque à Deo ipsis præpo-  
sitorum, obedientia, & subiectione.

His tamen necessarium cum pri-  
mis est, ut sint adeò in diuinam vo-  
luntatem resignati, ut si noscent Deo  
placere, quod ad alicuius hominis  
obedientiam sese obligarent, illud  
sine ullâ recusatione facturi essent.  
Ac propterea illi qui in seculo ab o-  
mni obedientia soluti ac liberi sunt,  
si libertatem hanc eò conferant, ut  
liberius atque feruentius die nocte-

*Perfecti pa-  
rati debent  
esse ad obe-  
dientiam, si  
Deus ita  
velli, sube-  
undam.*

B 7 que

## 38 SPECVLVM ANIMAE

Quae sancte oratione alijsque spiritu-  
alibus exercitijs intendant, sunt o-  
mni laude digni: modò non gaude-  
ant neque complaceant sibi de li-  
bertate naturæ & sensualitatis: ca-  
ueantq; ne ea libertate ad suam per-  
nitiem abutantur, sed solliciti sint,  
quomodo totis viribus diuinam o-  
bedientiam in omnibus integrè  
perficiant.

*Confilium e-  
ptimum pro  
ijs qui ad  
bedientiam  
non tenetur.* Confilium nihilominus maximè  
securum est: ut quisquis hanc perfe-  
ctionis semitam inire cupit, siue  
ad obedientiam obligatus sit, siue  
non tenetur. non eligat sibi (loquendo de illis  
qui nulla ad hoc obligatione tenen-  
tur) Confessarium aliquem, sub cui-  
us obedientia viuat, & cuius direc-  
tioni se totum committat, sine ta-  
men obedientiæ voto, cum sola ni-  
mirum libera voluntatis resignatio-  
ne. Hæc namque obedientiæ semita  
securissima est, diuinæque maiestati  
maximoperè probatur.

*Obedientia  
securissima  
ad perfecti-  
onem via.* Verùm, vt ijs quoque qui obedien-  
tiæ voto se constrixerunt, satisfa-  
ciamus, docebimus hic, qualem o-  
bedien-

*Religiosi*

PARS PRIMA

39

bedientiam Superioribus suis præ- *Quonodo*  
stare debeant, si ad p[er]fectionis cul- *debeant or*  
men pertingere desiderent. Ani- *bedire.*  
maduertant itaque tres esse gradus  
obedientiae.

PRIMVS est eorum qui obtem- *Primus gra-*  
perant quidem, sed inuite ac illi- *dus obedi-*  
benter, dum fragilitatem suam & *entia.*  
imbecillitatem prætexunt, deque o-  
bedientiae grauitate s[ecundu]m conqui-  
runtur: ac laborant ut prælatus ea  
quæ sibi, non quæ prælato placent,  
per obedientiam imperet. Hæc obe-  
dientia coacta, ac plurimum imper-  
fecta est.

SECUNDVS gradus: Est eorum *Secundus*  
qui in omnibus & per omnia volun- *gradus obe-*  
tati superiorum f[ac]e conformant, *dientiae.*  
sine vlla repugnancia, cōquētione,  
murmuratione, aut excusatione, nec  
sunt solliciti quid ipsis præcipiatur,  
sed prompto atq[ue] hilari animo iussa  
perficiunt: Verū id agunt vel ut  
reprehensiones, confusiones, & poe-  
nas inobedientibus constitutas euad-  
ant: vel ne superiores suos ad indi-  
gnationem prouocent: vel ut ab eis  
magni-

40 SPECVLVM ANIMAE

magnificant, laudentur ac eorum sibi  
voluntates ac amicitias concilient.  
De his, quia Deum pro fine actionum  
suarum non habent, nec eas solius Dei amore perficiunt, ait Christus.

*Matth. 6.*

*Recepimus mercem suam.*

Vera enim obedientiae ratio in eo  
consistit, ut omnia solius Dei amore  
ac intuitu faciamus, quo per ea ad  
maiorem illius gratiam, misericordiam,  
amicitiam, dilectionem, &  
familiaritatem pertingamus. Cum  
que omnia secundum possibili-  
tatem perfecerimus, à superioribus  
contemni, despici, & malè tractari  
optemus.

*Tertius gra-  
dus obedi-  
entiae.*

*Perfectiorū  
voluntas cū  
divina vo-*

TERTIVS obedientiae gradus,  
qui obedientia vniōnis nuncupatus  
est: Quando quis non tantum omnia  
superiorum iussa hilariter perficit,  
verum etiam cupit modum &  
causam obedientiae in sua volunta-  
te, integrè dependere, atque vnitam  
esse cum voluntate præcipientis.  
Hæc obedientia propriè exhibetur  
Deo, à charioribus, familiariori-  
bus, & secretioribus amicis eius,

*Quorum*

PARS PRIMA. 41

quorum voluntas adeò perfectè re-luntate  
signata, & vnitæ est in omnibus di-prorsus vni-  
uinæ voluntati, vt vnius eiusdem-ta est.  
que cum Deo sint voluntatis, vsque-  
adeò vt qui quid Deus ipsis immi-  
serit, id omne gaudentes ab eo susci-  
piant, confiteanturque Deum pro  
sua immensa misericordia, eximio-  
que quem erga eos gerit amore, hæc  
eis immittere: atque adeò intimo  
cum affectu ea quantumvis damno-  
sa, nocua, molesta, aut erubescen-  
tia plena fuerint, de manu Domini sus-  
cipiunt.

*Modus maculam propria volun-  
tatis abluendi.*

UT hæc labes adeò nocua & di-triplex a-  
uinis oculis execranda eluatur, ne-qua pro ma-  
cessarium est triplicem aquam usur- cula proprie-  
pare: Quarum prima est: Poenas & voluntatis  
animaduersiones quibus Deus in eluenda.  
inobedientes animaduertit consi-  
derare: Secunda est: Præmium ineffa-  
bile, quod verè obedientes conse-  
quituri sunt, animo reuoluere. Ter-  
tiæ est: Perfectissimam Iesu Christi

fti

42 S E C U L U M A N I M A E  
iti obedientiam solum expendere.

Ad primam quod attinet. I E S U S Christus in extremo sacerdorum die cum viis & mortuis iudicaturus aduenierit, omnes inobedientes terribilis sententia percellet, atque sempiternis ignibus adiudicabit: cu dicet: *Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* O quam facile Macula haec ex ignis sempiterni & immanium cruciatum, quibus rebelles, & mandatorum Dei ac superiorum suorum contemptores torquebuntur, diligent consideratione abluitur.

Ad alteram quod spectat: Eodem iudicii die Christus omnes obedientiae filios amantissimis his verbis ad regni sui possessionem invitabit. *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum vobis paratum a constitutione mundi:* O quam prompte & hilariiter, anima, obtemperabis Deo, & cunctis hominibus ac creaturis propter eius amorem, si mente pertransaueris, coeli empyrei magnificentiam: diuinæ faciei pulchritudinem: *cœle-*

Matth. 25.

Prima aqua  
penarum in  
ferni.

Matth. 25.

Secunda a-  
qua gadio-  
rum Para-  
dyfi.

## PARS PRIMA.

43

cœlestis gloriæ ducedinem: Angelorum ministeria, gaudia & laudes sanctorum, quibus diuinum numen concelebrant: Beatissimæ virginis MARIAE sublimitatem, & IESVS sponsi tui suauissimum aspectum: gloriam sine fine duraturam, iubilum interminabilem, musicam & concentum indeficientem, bonum omnia bona in se complectentem, mare inexhaustum, abyssum incomprehensibilem. Et quid amplius? Fœlicitatem omnia quæ desiderari possint in se comprehendentem; bonū inexplicabile: gloriam ineffabilem.

Præterea cùm consideraueris quòd ad bona hæc ingentia & inenarrabilia: adq; gloriam hæc ineffabilem, per obedientiam & tui ipsius ac voluntatis tuæ abnegationem pertingere valeas. Hæc inquam quotiescumque animo reuolueris, quām prompta eris ad obediendū: quanto odio & horrore teipsam & propriam voluntatem prosequeris; quandoquidem intelligis nulla alia ratione, quām si voluntati proprię satisficeris,

¶4 SPECVLVM ANIMAE  
feceris, te bono in tam ingentium  
iacturam facere posse. Certè hæc  
consideratio sufficiens est, vt hanc  
labem cluere, ac funditus extirpare  
valeat.

*Aqua terria* PORR O quoties tecum expende-  
est, conside- ris IES VM sponsum tuum cùm  
rare obedi. DE VS esset adeò se humiliasse, &  
entiam IE abiecisse, vt humanam naturam af-  
SV Christi. sumperit: nec tantum DEO Patri  
suo, sed etiam hominibus, puta Io-  
sepho patri nutricio, & MARIAE  
matri suæ, ad nutum obediuerit: sic  
enim legitur apud Euangelistam.

*Luc. 2.*

*Erat subditus illis:* Neque ijs modò, ve-  
rūm etiā s̄pēnumerò alijs abiectis  
hominibus obtemperauerit, vt pote  
Apostolis, alijsque, quorum petitio-  
nibus frequenter morem gessit: Hęc  
inquam si consideraueris, fierine  
potest, si desiderio Christo placendi  
ardes, vt non ipsi & omnibus crea-  
turis, illius amore obtemperes? Ne-  
quaquam certè, modò eum verè, vt  
meretur, dilexeris. O IES V quando  
te diligam?

*De affe-*

PARS PRIMA 45

De affectione ad temporalia,  
Macula II.

CAPVT III.

**S**i vis perfectus esse, vnde & vende om Matth. 19.  
nia quæ habes, & da pauperibus, & se-  
quere me.

Insignis est hæc macula, onus in- Temporalia  
tolerable, atq; impedimentū ma- maximope-  
ximum: animæ quæ sponsi sui vesti- re impedi-  
gijs inhærere: ac I E S V M Christum ~~uit~~ animam,  
mendicum, ac pauperem sequi atq; ne ad perfe-  
mitari desiderat. Quare necessari- etionem per-  
um est, vt temporalia hæc atq; om- tingat.  
nium rerum terrenarum, quamuis  
minimarum, affectionem à se præ-  
cidat, atq; resecet; si ad perfectio-  
nem toto conamine ferri cupit.

Veruntamen antequam ad huius  
maculæ dilucidiorē tractationem  
progrediamur, dubietatem quan-  
dam quam mihi quispiam, supradi-  
cta Christi autoritate permotus,  
obijcere posset, dissoluemus.

Dubietas autem eiusmodi est. O- Opusne fit  
pusne fit ad perfectionem adipis. perfectionis  
cendam votum voluntariae pauper- studiose  
tatis

46 SPECVLVM ANIMAE  
temporali-  
bus cunctis  
renunciare.

In quo con-  
stat vera  
paupertas.

tatis emittere, atq; temporalia cun-  
cta relinquere, hoc enim videtur  
docere prædicta sententia.

Ad hanc quæstionem Doctor  
Angelicus S. Thomas respondet:  
Perfectionem essentialiter non  
consistere in paupertate, aut tribus  
votis, sed in Christi sequela secun-  
dum virtutes intrinsecas: voluntari-  
am verò paupertatem, cæteraq;  
vota, instrumenta tantummodo, si-  
ue adiumenta, & exercitia esse, per  
quæ facilitiori negotio perfectionis  
culmen apprehenditur, quandoqui-  
dem paupertas à sollicitudine, & cu-  
ra rerum temporalium nos expedit,  
atq; superbiz causam quæ ab hac ra-  
dice ut plurimum enascitur, ampu-  
tat. Itaq; nihil obstat quo minus ali-  
quis perfectus esse queat, etiam sine  
prædictis votis, quia Abraham per-  
fectus fuit, qui diues pecoris & o-  
pum, matrimonioq; iunctus fuisse  
legitur. Itidem Episcopi omnes præ  
religiosis in statu sunt perfectiori,  
qui tamen bona propria possident.  
Idem de cæteris votis dicendum.

Pro

Pro explicatione autem verē pauperatis declaratione, duo notanda sunt. PRIMVM est: Quod is qui perfecto & resignato corde omnia sua in diuiniton beneplacitum potest resignare, & perinde habet quicquid de illis Deus disponat, siue illa relinquat, siue auferat; eisque non nisi ad necessitatem iuxta status, & naturae, aliarumque conditionum exigentiam, atque supremum Dei honorem, & gloriam, iuxtaque sanctissimam eius voluntatem, vtitur: imò si noscet acceptius esse Deo, ut ea videret, ac in pauperes erogaret? id facere paratus esset. Talis quamvis multa regna possideret, perfectè ac voluntariè pauper esset, nam Deo gratius est vt homo ab affectione & sollicitudine rerum temporalium liber sit, quæ vera paupertas est: quam vt ijs omnino careat, quæ paupertas duntaxat exterior est. Hoc est quod S. Apostolus Paulus ait. *Tanquam nihil habentes & omnia possidentes.* Quod tunc verè in homine impletur, quando ita solitus ac liber est, ab omnī affectu

*Quomodo renuntian- dum sit per- fectionis stu- dio bonis temporali- bus.*

*Quomodo etiam in multarum opum posses- sione quis verè pauper esse posbit.*

2. Corint. 6.

at affectu rerum temporalium, vt si  
diuina permissione illa ei auferan-  
tur, placito & quieto animo id de  
manibus Domini suscipiat, diuinæ  
que voluntati se conformet, dicēdo  
cum S. Job: Dominus deus: Dominus ab-  
stulit: sicut Domino placuit ita factum est,  
sit nomen Domini benedictum. Et licet  
quandoque sentiat aliquam in sen-  
situua & inferiori parte repugnan-  
tiam, Deus tamen, modò ratio inte-  
grè in diuinam voluntatem sit resig-  
nata, non iudicabit illum secundùm  
exiguam illam in natura bestiali &  
sensituua rebellionem. Hæc est vera  
paupertas, ad quam omnes perfe-  
ctionis studiosi aspirare, totoq; co-  
namine ut eam adipiscantur, labo-  
rare debent: & cor suum semper re-  
signatum quietumque in Deo serua-  
re; ac hoc solo, quod Deus de rebus  
eorum disposuerit, contenti esse.

**I**llos qui tri-      **S E C V N D O:** Notandum est, qui  
bus votis se paupertatis cæterisque votis sese  
se obligant obligant, non propterea perfectos  
non propte- esse, sed obligatos pro virili ad per-  
rea perfe- fectionem tendere. Quod etiam sin-  
gulari

PARS PRIMA.

49

gulari pietate & eiuditione vir P. eos, sed ad Ludouicus Granatensis, in tractatu perfectio- quodam, cui titulum fecit. Regula nem tendet vitæ spiritualis: luculentissimis ver obligatos bis testatur, cum ait: Meminerit Re esse.

ligiosus se sub præcepto peccati Sementia mortalís, ad perfectionem quam nobilis P. professus est tendere obligatū esse. Ludouici

Verum vt ad paupertatis explica- Granat. n̄sis.

tionem redeamus: sciendum tres es- se paupertatis gradus: Primus est, Tres gradus Paupertas professionis. Secundus est, paupertatis. paupertas in v̄su rerum temporali- um. Tertius, paupertas affectionis.

PRIMVS paupertatis gradus est Primus gra- eorum, qui nihil quidem possident, dus pauper- sed omnibus abundare volunt, ijsq; tatis. cum tanto affectu inhārent, vt si ab illis ea auferantur, aut illis petita denegentur, murmurent & conque- rātur. Hæc est paupertas admodum imperfecta: Et qui tales sunt, strictif- simam in hora mortis rationē Deo reddent, cùm pauperes tantummo- do sint coram hominibus, non co- ram Deo.

SECUNDVS paupertatis gra- Secundus  
C dus

¶ 50 SPECULVM ANIMAE  
dus est corū; quā necessaria dūntaxat  
cupiunt ac desiderant, superflua ve-  
rō, curiosa & pretiosa reijciunt, ea-  
que si illis offerantur, dolent: Hi  
quidem omni laude dñni sunt, at in  
hoc reprehendendi, quod nimio af-  
fectu, & cupiditate ad necessaria fe-  
runtur, quia quamvis rei etiam ma-  
ximopere necessariæ usus licitus sit,  
vetitum tamen est, nimia cum affe-  
ctione & cupiditate eam querere,  
ac appetere.

Tertius gra-  
duis pauper-  
tatis.

Matth. 5.

TERTIVS paupertatis gradus  
est, verorum Dei seruorum, qui tan-  
to paupertatis desiderio flagrant,  
ut cor ab omni rerum temporalium  
amore quam longissime separatum  
habeant, quinetiam naturæ necessa-  
rijs cum nausea & fastidio vtuntur.  
Hi sunt verē pauperes, de quibus di-  
cit IESVS Christus in Euangeliō:  
*Beati pauperes spiritu.*

*Modus eluendi Maculam affecti-  
onis ad temporalia.*

TRIBVS modis, anima qua-  
sponso suo in omnibus placere de-  
siderat

P A R S P R I M A .

siderat, ab hac macula mundatur.

P R I M O si consideret: Tempora- Diuitiæ re-  
lia hæc tandem ab inuitis etiam re- linquenda  
linquenda esse, & in morte nemini sunt.  
nem ea secum asportaturum: Hac  
consideratione se solabatur S. David  
cum ait: *Ne timueris cum diues factus fu-* Psalm. 48.  
*erit homo: & cum multiplicata fuerit glo-*  
*ria domus eius. Quoniam cum interierit*  
*non sumet omnia, neque descendet cum eo*  
*gloria eius.*

S E C V N D O si secum expendat: Damna di-  
Diuitiæ quantum animæ nocen- uitiarum.  
tum adferant. Nam (vt S. Paulus ait,) Timot. 6.  
*Qui volunt divites fieri, incident in tenta-*  
*tionem & laqueum Diaboli.*

T E R T I O si secum reuoluat: vbi veræ diuitiæ  
veræ diuitiæ constituendæ sint: tis que.  
Quod luculenter demonstrat Christus, cùm ait. *The saurizate vobis thesau-* Matth. 6.  
*res in cœlo, vbi neque ærugo neque tinea*  
*demolitur, & vbi fures non effodiunt nec*  
*furanter. Ut enim D. Gregorius ait: si D. Grego. in*  
consideremus, fratres charissimi, homini.  
quæ nobis promittuntur in cœlis,  
vilescent animo omnia quæ haben-  
tur in terris. O quam nitidè aqua.

C 2 tri-

52 SPECVLVM ANIMAE

¶ triplicis huius considerationis animam quę eas p̄ofundē cordi suo infixerit, ab omni huius affectionis macula emundat: O quam perfecte illam ab omni rerum transitoriarū affectione liberat atque expedit.

De affectu inordinato ad res sensuales, Macula tertia.

CAPV T IIII.

Rom. 8.

Rom. 13.

Quām fœda  
sit macula  
sensualitas  
vnde o-  
riatur.

ERGO fratres debitores sumus: non carni, vi secundum carnem viuamus: sennim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificari-  
tis, viueris; ait S.Paulus Apostolus: Qui & alibi dicit: Carnis curam ne fece-  
ritis in desiderijs. Hæc macula sensua-  
litatis admodum fœdida & fœda  
est, in quocunq; reperta fuerit; ani-  
mamq; quam possederit, vehemen-  
ter turpem ac deformem efficit.

A plurimis autem initijis siue fon-  
tibus ea deriuatur, precipue à quin-  
que sensibus extrinsecis, quamuis  
& interiores ei magnum adiumen-  
tum præbeant; nempe, visu, auditu,  
odoratu, gustu & tactu: A gula vero,  
& lux-

& luxuria vel maxime omnium existit & enascitur.

Aduersus hanc sensualitatem, accursum hostem nostrum necessarium nobis est, arma sumere, cumque ea continuum bellum gerere, ac naturæ omnia, præterquam quæ ad sustentationem eius necessaria sunt, negare: atque in necessariorū etiam usu, cauere ne inordinata aliqua affectio subrepatur, quandoquidem animam proficiēt, plurimum impedit, eamque sæpenumerō ad casum impellit, nec ad anteriora proficere sinit.

O quantū nocet homini spiritualem vitam seculanti modica voluptas *Quantum noceat sensu-*  
*& perexiguus gustus inordinatus, alitas.*  
 in manducando, bibendo, dormiendo, vestiendo, ridendo, confabulando, similibusque naturæ sensualitatibus, captus? Quantum sanctarum virtutum exercitia progressusque impedit? Quām spirituales exercitationes efficit insipidas & insuaves? Quantum restinguat deuotionem? Quantū refrigerat animi ferorem?

C 3

Quām

134 SPECVLVM ANIMAE

Quàm despolaet animam a mantem,  
omni fiducia, ne coram sponso comparere audeat? Quàm replet eam  
nausea, trædio, ac tristitia in exercitatio-  
nibus religiosis & p̄ijs? Quam-  
uis enim illi, qui in similibus sen-  
suum delectationibus voluptatem  
suam capiunt, existiment se deuo-  
tiores, & in amore Dei feruentio-  
res esse: Certo sibi tamen persuadeant,  
hanc illorum deuotionem  
aut fictam esse aut naturalem, quia  
*animalis homo non percipit ea quæ sunt spi-  
ritus Dei.*

1. Cor. 3.

*Necessarium  
est animæ  
proficere de-  
siderium ut  
non tantum rerū superfluarum : ve-  
 omnem in se  
rumetiam affectionem ad ea , sine  
affectionem  
sensualē  
mortificet.*

Itaque adhortor te, Anima pia, si  
profectum facere cupis, vt totis vi-  
ribus omnem à te sensualitatem,  
siderium ut non tantum rerū superfluarum : ve-  
 omnem in se  
rumetiam affectionem ad ea , sine  
affectionem  
sensualē  
mortificet.

*Discrimen  
inter casum* Noueris itaque discrimen maxi-  
mum esse inter casum in p̄cata ve-  
nialia

PARS PRIMA

nalia ex fragilitate, & ex affectio- *in peccata-*  
ne: quia ex fragilitate fieri non po- *venialia ex*  
test quin in multa continuo venialia *fragilitate*  
peccata labamur: at affectiones om- & ex affe-  
nes illorum peccatorum *venialium etione.*  
in nobis mortificare atque elidere  
possimus.

Exempli causa . Difficillimum  
fuerit in cibo, potu, dormitione, lo-  
cutione, ac similibus nunquam la-  
bi in peccatum aliquod veniale: at  
diuina adiuuante gratia facilè est  
habere desiderium, nunquam pec-  
catum aliquod veniale cuiuscun-  
que rei gratia , committendi: ita vt  
quamuis lapsus in huiusmodi pec-  
cata frequens sit, hoc tamen deside-  
rium in nobis , diuina suffultis ope,  
continuum esse possit : cauendo  
pro viribus ne in aliquod peccatum  
spontè ac volentes consentiamus;  
Dum autem sic labimur, non pecca-  
mus per affectionē, sed per fragili-  
tatem, quia affectioni per firmum  
illud propositū ac desiderium om-  
nia venialia peccata, si possibile fo-  
ret, vitā, iam interitum attulimus:

C 4

quod

36 SPECULUM ANIMAE  
quod non faciunt illi, qui in venia-  
libus peccatis sibi complacent, eo-  
rumque desiderio tenentur, quam-  
uis ea non quatenus peccata sunt cu-  
piant: sed quatenus naturæ iucunda  
sunt & delectabilia.

Quæ damna  
incurrant  
qui sibi à  
peccatis ve-  
nialibus ca-  
uere negli-  
gunt.

Qui eiusmodi sunt, si bimeti ipsi  
vehementer nocent; licet enim in  
varijs pijs, & religiosis exercitatio-  
nibus tum internis, tum externis, se-  
se exercitent, nunquam tamen ho-  
rum peccatorum venialium remis-  
sionem consequentur, quantumvis  
sæpè illa confiteantur, nisi prius af-  
fectum earum in se mortificauerint.  
Et quamvis nonnunquam de pecca-  
tis istis conteri, ac dolorem conce-  
pisse videantur, dolor tamen iste  
non ex intimis cordis proficiscitur,  
nec tantus est, ut affectionem om-  
nen de corde funditus extirpare,  
atque auferre valeat. Tales nullum  
vnquam faciunt progressum in vir-  
tutum studijs: Opera illorum pluri-  
mis imperfectionibus permixta &  
maculata sunt: Deuotione ac donis  
diuina benignitate ipsis collatis, ab-  
utun-

utuntur. O vtinam perspicere pos-  
ses anima, quam multi numero sint,  
qui magna quidem operantur, quo-  
rum tamen labor omnis frustraneus  
est, nulliusque aut certè perexiguæ  
vtilitatis, non aliam ob causam, quā  
quod affectionem peccatorum ve-  
nialium; & speciatim ad sensualia  
in seipsis mortificare, atque perime-  
re non student.

### *Modus eluendi affectionem sensualitatis.*

DICAMVS nunc quomodo tur-  
pis hæc macula mundanda sit: Adfe-  
remus autem triplicem modum ge-  
neratim maculam hanc perpurgan-  
di: de gula, & luxuria specialiter lo-  
co suo agemus.

**P R I M V S** modus est: Considerare, quanta sit nostra miseria & in fœlicitas, quod sensualitati, quam communem cum bestijs ratione carentibus accepimus, subiecti simus. *Miseria nostra quam magna.*

**S E C V N D V S** est : Expendere *Sensualitas*  
quanta damna & incommoda, se- *inimica am.*  
cum ferant hæ sensualitates: quodq; *me.*

## C 5 hostes

58 SPECVLVM ANIMAE  
hostes nostri acerrimi sint, qui capi-  
tali nos odio infectantur.

Vanitas &  
breuitas sen-  
sualitatis.

TER T I V S est; Animo reuolue-  
re, foeditatem, vanitatem & breui-  
tatem harum sensualitatum: Qui  
sopno indulget similiis est homini  
mortuo: Qui cibum capit, humores  
& spurcitas corpori subministrat:  
Qui voluptatem ex aliorum sermo-  
nibus, risibus, & iocis haurit, nihil  
aliud agit quam quod in re vanissi-  
ma & fugacissima, quæ momento  
temporis præterit, & celerrime  
transiolerat, delectationem querit.

*De amore inordinato,*  
*Macula IV.*

CAPVT V.

Marc. 12.

Amor Dei  
& amor  
mundi con-  
serarij sibi  
sum.

Jacob. 4.

DILIGES Dominum DEVM tuu,  
ex toto corde tuo, & ex tota anima  
tua, ex tota mente tua, & ex tota virtute  
tua, ait Dominus & saluator noster  
IE S V S Christus. E diametro repu-  
gnant, Anima, amor Dei & amor  
mundi, vsque adeo ut Apostolus af-  
firmet: *qui voluerit esse amicus huius se-  
culi: inimicu: DEI constituitur. Et Chri-*  
*stus*

PARS PRIMA.

59

stus dicat: *Nemo potest duobus Dominis servire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet.* Atque idcirco, ô Animæ, Iesu Christi creatura, filia & sponsa, si sponso tuo placere cipis, necessarium est ut omni alieno amori moriaris: & abrenuncies. Illa enim sponsa quæ alium præter sponsum diligit, adultera est, & à sponso repudiatur, sæpenumero etiam propter fidem violatam occiditur.

*Pone me ut signaculum super cor tuum,*  
*ut signaculum super brachium tuum:* quia  
fortis est ut mors dilectio: ait sponsus ad  
sponsam in Canticis. Quare anima, si à  
sponso tuo vicissim diligi & eo per-  
frui desideras, omnem peregrinum  
& aduentitium amorem è corde tuo  
profliga & exclude, atque cor tuum  
in finum formosissimi, & gratiarum  
pleni sponsi tui totum effunde.

TRÆS autem speciatim, amoris  
inordinati species reperire licet, quæ  
animæ, Iesu Christi sponsæ, foedas  
maculas inurunt. Amor nimis  
mundi, naturalis, & acquisitus.

C 6                  Amor

Matth. 6.

Cant. 8.

*Anima spō  
so placere  
volens, om  
nem à se a-  
lium amor  
abieciat.*

*Tres amo-  
rum sp̄ciet*

60 SPECVLVM ANIMAE

I. Amor  
mundi.

Amor mundi est: cùm homo nimirum ad mundum affectionem gerit, ei placere quærit, & desiderat: plurimumque metuit, ne quando ei displiceat; vnde sit, vt hoc timore, ne mundo displiceat impulsus, aut certè desiderio ei placendi stimulatus, multa Deo contraria committat: Et si aliquando propter amorem Dei præclarum, ac laudabile quidpiam gerat, hoc ipsum mundo etiam innotescere cupit, vt aliquā inde gloriam, honorem, & commodum referat, sicque non paucis fere criminibus obstringit, multaque bona quæ facturis fuerat, propter mundi amorem, omittit.

II. Amor  
naturalis.

Amor naturalis est: quo homo se ipsum, parentes, & omnia sua diligit, qui quamvis licitus sit, nec à Deo prohibitus, vehementer tamen periculosus & lubricus est: quia natura nostra in sui quæstione admodum subtilis est, & creberrimè nos circumuenit, eoque perducit ut terminos concessos ordinati amoris transiliamus. In hoc amore proba-

tus

PARS PRIMA. *Or*

tus fuit S.Patriarcha Abrahamus,  
quando iussus fuit à Deo filium su-  
um occidere, sibique in sacrificium  
immolare. *Tolle*, ait Deus, *filium tuum* *Gen. 22.*  
*vniuersitatem quem diligis Isaac*, & offe-  
res illum in holocaustum super *vnum mon-*  
*tum quem dixero tibi.*

Amor acquisitus est: qui inter ho-  
mines, vel ex continua, & frequenti  
conuersatione, vel ex donis, & bene-  
ficijs acceptis enascitur; hic etiam  
non procul abest à graui periculo:  
Nam cùm homo benefactori suo in-  
gratus esse non debeat, in magno s-  
pè discrimine versatur, ne dum gra-  
tum ei animum exhibere conatur,  
Deum peccati alicuius admissione  
offendat, aut bonum aliquod, ne a-  
mico displiceat, omittat.

Hi sunt tres inordinati amoris  
gradus qui animam commaculant,  
ac proinde omni studio & diligētia  
eluendi sunt.

*Modus eluendi maculam inordina-*  
*ti amoris.*

PRIMVS amor non difficerter

C 7 eluitur,

*III. Amor  
acquisitus.*

62 SPECVLVM ANIMAE

*Amor mun.* eluitur, si consideremus, quām falsi quomodo lax, fraudulentūs, totusque ex frau-  
tollatur.

*Psalm. 52.*

eluitur, si consideremus, quām falsi quomodo lax, fraudulentūs, totusque ex frau-  
tollatur. de & mendacio compositus sit mundus: quantorumque malorum nobis origo & causa sit: Etenim ut Propheta ait. *Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* O combinationem terribilem, quæ sola nō modò sufficiens esse posset nos à mundi huius amore abstrahere, verū etiam efficere ut capitali eum odio insectaremur: hoc enim perinde est, ac si diceret: *Orantes qui hominibus placere laborant, mundiq; laudes ambiunt, in diuinis oculis execrables sunt, illosque Deus à se tanquam perditos, naufragamq; sibi commouentes, repellit.* *Totus mundus in maligno positus est:* ait S. Ioannes.

*Amor natu-  
ralis vt tol-  
latur.*

*Gal. 5.*

SECUNDVS amor facile tollitur: si cogitemus quām nobis aduersa atque inimica sit caro propria, quę assiduò nobiscum bellum gerit, nostramque salutem omnibus modis impedire contendit. *Caro concipi-  
scit aduersus spiritum, vt non quaecunque vultis illa faciat.*

AMO-

PARS PRIMA.

63

Amorem autem parentum, cognitorumq; ac rerum nostrarum facile liberabimur: si pensemus, quanto nobis impedimento sint in via Dei, quod tantum est, ut I E S V S Christus Dominus noster diceret. dubitauerit. Si quis venit ad me, & non *Luc. 14.* odit patrem suum & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest mens esse discipulus. Et alibi loquens de amore proprio, ait: *Qui amat animam suam Ioan. 12.* perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodire eam.

Ex quibus verbis perspicitur, quā quam sit nocius fit amor parentum, & nonocium a-stri ipsorum: ac proinde necessārīum est, strenuam in huius amoris lis. moderationē operā collocare: hunc quomodo namque amorem nosse iuxta recte regendus fit rationis iudicium, benē temperā amor naturae ac regere, ut diuino amori subie<sup>ratis.</sup> Etus sit, præfixosque terminos non transgrediatur, præcipuae, & excellentis virtutis est. Regula verò certissima, secundūm quam amor hic diri-

dirigendus, est hæc: Ut firmiter cum animo tuo stacuas, neminem prorsus hominum diligere nisi in Deo, & propter illa quæ in se habet de Deo: hoc est, propter virtutem & gratiam: Nec in ullo Comine quidpiam odisse præter vitium; sine ullo personarum respectu, siue sit pater, siue mater, amicus, cognatus, vicus, aut inimicus. Ita ut nullum habeas amicum adeò familiarem & intimum, in quo defectus diligas, cuius virtus palpes, aut cuius cōversatione immoderatius delesteris, nisi quatenus salutē ipsius spectat, aut bonum aliquod honestum utriusque. Et econtrariò ut nullum habeas inimicum, adeò tibi exosum, ut in illo naturam aut virtutem odio prosequaris, aut salutem illius totis viribus, uti tuam, curare ac consti- cuere, negligas.

*Regula qua cognoscitur quis amor naturalis fit nocium.* Accipe deinde hanc tibi regulam certissimam, per quam cognoscere possis quando amor hic sit natura- lis & nocivus: omnis amor qui cor inquietum & turbulentum efficit,

sæpius-

CUM  
ror-  
Deo,  
t de  
n &  
uid-  
vlo  
nter,  
vici-  
ha-  
n &  
gas,  
uer-  
eris,  
stat,  
vtri-  
ha-  
n, vt  
odio  
otis  
nsti-  
lam  
cere  
ura-  
cor  
icit,  
ius-  
  
PARS PRIMA • 69

sæpiusque tibi ad mentem orationis tempore recurrit, est amor inordinatus & naturalis, atque pro eius eradicatione summis tibi viribus depugnandum atque desudandum est.

TERTIVS amor acquisitus elicitur: si tecum expendas, omne bonum quod habes aut recipis ab hominibus, & amicis tuis, à Deo potissimum tibi prouenire, qui tam ingenti te amore complectitur, ut omnes tibi etiam immerito & beneficiorum suorum immemori servire ac benefacere velit. Ac proinde da operam, ut erga amicos quidem gratum animum, ne ingratitudinis crimen incurras, exhibeas: primò tamen ac principaliter verissimo ac optimo amico tuo, nempe Deo, gratum te probare studeas.

De negligentia & otio,  
Macula V.

CAPUT VI.

DVM tempus habemus operemur bonum, ait Apostolus. Similiter & Christus

66 SPECVLVM ANIMÆ

Ioan. 9.

Negligentia  
quām si no-  
cina.

Apoc. 3.

Christus. Me oportet operari donec dies est, venit nox quando nemo potest operari. Deformitas ingens in anima ad perfectionem anhelante, negligentia est siue otium; Quocirca si, Anima, IESUS Christi vestigijs insistere, eumque imitatione totum effingere voles, opus est, ut omnem à te desidiam & socordiam proscribas ac amputes: animoque forti ac deliberato, virtutum exercitijs, alijsque præclaris pietatis actionibus instas, ne IESUS Christus tibi dicat, quod in Apocalypsi scriptum est: *Quoniam nec frigidus nec calidus es, incipiam te euangelizare ex ore meo.*

O quanti interest semitam vita spiritualis constanti ac deliberato animo inire. *Dimidium enim filii, qui bene cœpit, habet.*

Negligentia  
vnde profi-  
ciscatur.

Negligentia verò multorum emanat ex differentia quæ est inter præcepta & consilia: Dicunt namque sufficiet mihi ad salutem si ea quæ præcepta sunt, obseruero, de perfectionis autem fastigio adipiscendo, non magna mihi cuius ac sollicitudo

tudo erit. Nec intelligunt miseri hanc differentiam inter præcepta, & consilia constitutam esse, non ad fouendam desidiam & torporem, sed ad eos qui pusillo ac fracto animo sunt, qui propter tam difficiliū rerum obseruantiam de salute sua desperarent, roborandos atque ad spem salutis excitandos. Hanc inquam ob causam distinctio hæc data est: Hoc præceptum esse, istud vero consilium: non ut negligentes, atque salutis suæ incurij efficerentur: dicendo, ad salutem consequendam satis esse obseruantiam præceptorum: Neque interim animaduertut, quod dum consilia seruare flocci habet, sæpen numero ea quæ sub præceptum cadunt, transgrediantur: quod non ita facilè agerent, si forti animo se etiam ad consilia, quoad fieri possit implenda disponerent.

*Modus eluendi negligentia  
maculam.*

PRIMVS modus ab hac labe  
animum mundandi est, Considerare  
peri-

*Negligentia  
quomodo  
tollatur.*

68 **SPECVLVM ANIMAE**  
periculum & facilitatem lapsus, in  
varios errores, & peccata, nisi quis  
strenue, ac sedulo pro viribus labo-  
ret.

*Inimici no-  
stri semper  
aduersum  
nos pugnāt.*

*1. Petri 5.*

*Hostium  
nostrorum  
ad nostrum  
exitium,  
vigilantia.*

**SECVNDVS** modis est: Animo  
reuoluere, quantis vndique hosti-  
bus circundati simus: quodque ini-  
mici nostri mundus, caro, & Dæ-  
mones nunquam dormiant, sed sem-  
per ad nostram perniciem vigilent,  
semper nobis tanquam latrones in-  
sidiētur: semper nobis laqueos ten-  
dant: Maligni namque spiritus uti  
S. ait Gregorius: quasi quidam la-  
trunculi iter nostrum obsident: Et  
S. Petrus Apostolus clamat. *Fratres*  
*sobrij estote & vigilate: quia aduersarius*  
*vester diabolus, tanquam leo rugiens cir-*  
*cuit quærens quem deuoret.* Et S. mater  
Ecclesia, quotidie in completorij  
officio, filios suos ijsdem verbis ad  
vigilantiam adhortatur.

Quomodo igitur dormitant  
agemus in nostro bono, cùm inimi-  
ci nostri ad exitium nobis machi-  
nandum, vigiles & solliciti sint?  
Hostes nostri nos assiduè circum-  
stant,

## PARS PRIMA.

69

stant, & varijs acutissimarum lan-  
cearum, & gladiorum ictibus con-  
figunt, & nos negligemus? neque  
nos defendemus? nec cōtra illorum  
imperium nos tutabimur? vñ nobis,  
nisi hoc viriliter egerimus, feri  
namque posset, vt aliquādo iactuum  
horum multitudine confecti, suc-  
cumberemus, perimeremus, atque  
ad æternam perniciem rueremus.

TERTIVS modus est: Secum  
expendere, quanto cum studio ac *Similitudo*  
impetu currant qui in stadio cur- ab ijs qui in  
runt, & pro brauio adipiscendo la- stadio cur-  
borant: Quam sollicitè sibi ab omni runt, de-  
impedimento atq; offendiculo ca- sumpta.  
ueant. Vt enim S. Paulus ait, *Omnis* I. Cor. 9.  
qui in agone contendit, ab omnibus se ab-  
stinet, & illi quidem vt corruptibilem co-  
ronam accipient: nos autem incurvam.  
Si igitur illi tantū studium atque  
industriam adhibent, vt re incor-  
ruptibili & exigui pretij potian-  
tur: quid nobis faciendum est qui  
ad cælestem gloriam properamus?  
Qui si pro posse nostro desudaueri-  
mus, per Dei misericordiam, diui-

*Anima ad  
celum pro-  
perat.*

B23

700 SPECVLVM ANIMAE  
nam faciem in iuperna paradisi glo-  
ria nos contemplatueros speramus.  
O mundi stultitiam atque amentiam.  
O cæcos, miseros & infelices nos,  
qui tanquam talpæ terræ adhæresci-  
mus, terra nutrimur, nec vñquam  
oculos ad coelum, ubi desideriorum  
nostrorum finis est, attollimus. Si-  
miles illis de quibus ait Propheta.  
*Oculos suos statuerunt declinare in terram.*  
*De timore inordinato, Macula VI.*

*Psalm. 16.*

CAP V T VII.

*Psalm. 13.*

*Damna ti-  
moris nimij.*

*Matth. 26.*

*Timor du-  
plex.*

**N**ON est timor Dei ante oculos eorum:  
ait David Propheta. Damnum  
non mediocre est, quod adfert ani-  
mæ nimius timor poenarum infer-  
ni, quo timore anima ita commacu-  
latur, ut quandoquidem Deo solo ti-  
more poenarum non ex sancto timo-  
re filiali, ut debuerat, famulatur,  
opera eius quantumvis præclara at-  
que insignia, inutilia sint, & indigna  
vitæ æternæ, quam Deus operibus  
conferet, modò homo ea pro viri-  
bus, & ut debet, perfecerit. Reddet,  
enim, unicuique iuxta opera sua.

Notandum verò timorem dupli-  
cem.

PARS PRIMA.

cem esse. Alium timorem huma-  
num: alium timorem Dei.

Timor Dei est, totius sapientiae *timor Dei*.  
fons & origo; ut Regius Propheta  
ait: *Initium sapientiae timor Domini*. Ex *psalm.110*.  
hoc timore seruiunt Deo, quotquot  
sunt dilecti, & probati serui eius  
& amici, qui omnem alium timo-  
rem ex animo exterminantes, huic  
sancto timori tantummodo corda  
sua patefaciunt; Deumque timent  
pariter, & amant, tanquam verum  
Parentem: venerantur & obseruant  
omni cum reuerentia, deuotione,  
ac religione. Hic timor est donum  
Spiritus Sancti, quem Propheta Da-  
uid loco præfato *timorem Domini* ap-  
pellat.

Timor humanus est: Cum homi-  
nes vel ne iacturam faciant vitæ, vel  
substantiæ, vel honoris: aut metu  
poenarum inferni, mala deuitant &  
bona operantur: sicq; in præclaris se  
pietatis ac beneficentiae actionibus,  
atque diuinorum mandatorum cu-  
stodia exercent, non propter amo-  
rem & timorem Dei, quo prædicti

non

*Timor hu-  
manus.*

72 **SPECVLVM ANIMAE.**  
non sunt; sed propter amorem sui  
ipsorum, ne sempiterna gehenna  
supplicia, incurant. Quo timore ni-  
si impellerentur, nulla omnino, au-  
certè vix vlla, præclæa opera effi-  
cerent: multis etiam immanibus  
flagitijs se obstringerent, nulla Dei,  
contrarium præcipientis, habita ra-  
tione: imò tales percuperent, nullas  
esse leges vel præcepta suis cupid-  
itatibus contraria, & sœpè conq-  
runtur dicentes: Quare Deus ho-  
vetuit?

Hunc timorem necessè est, quod  
verus Dei seruus, cum omni indu-  
stria in se profiget, atque funditus  
extirpet, diuinumque timorem pro-  
eo accersere studeat; ne ipsi eueniat  
quod Sapiens ait. *Si non in timore Do-  
mini tenueris te instanter, subvertetur do-  
mus tua.* Et alibi. *Beatus homo qui semper  
est pauidus.* Et Psalmista. *Seruite Domi-  
no in timore & exultate ei cum tremore.*  
**Timorem  
humanum  
seruus Dei  
à se extirpa-  
re debet.**  
*Eccles. 27.*  
**Prover. 28.  
Psalm. 2.**  
Quæ non sunt intelligēda de timore  
humano, à quo tanquam à facie co-  
lubri fugiendum est, sed de diuino.  
Neque tamen idcirco existimari  
debet,

debet, timorem humanum esse omnino improbum: imo verò bonus est, si ad eum finem dirigatur ad quem referendus est, ut nimis homo hoc frango, puta, pœnarum infernalium formidine, non modò extrinsecus ne scelus aut flagitium aliquid concipiatur, verùm etiam intrinsecus à cunctis cogitationibus illicitis & desiderijs inordinatis se refrænet, ac retrahat: sicque causa & principium sit non tantum exterius, sed etiam interioris boni, donec paulatim cor purificetur, & timor in amorem purum commutetur.

Hic namque timor initium ferè Pauci solius dat cōuersioni peccatorum, efficit Dei amore à quæ vt mores suos corrigere, ac me-vite pravilioris vitæ consilia amplecti stauitatem con-tuant. Quamuis enim nonnulli im-mensæ Dei benignitate ac clementia præuenti, solo Dei amore sceleribus relictis, ad virtutis studia, vitæque emendationem se conferant, hi ta-men paucissimi sunt: vt plurimum autem à timore auspicantur; quem postea rectæ rationis norma diri-

D                   gentes

74 SPECVLVM ANIMAE  
gentes ac temperantes, seipsoſ co-  
gunt, & compellunt ad mala deu-  
tanda, bonaq; operanda, ſoliuſ De-  
amore: quamuis amor iſte ſtati-  
purus non fit, ſed pax latim perfici-  
tur, & ad aſſolutionem perueniat.

*Anima per-  
fectioni stu-  
dens, per-  
ſuadere ſibi  
debet, nee  
iſernum  
nec poenas  
effe.*

*Iſai. 64.*

Anima verò in ſemita perfectio-  
ni profectum facere cupida, nece-  
ſe habet, ut hunc timorem à ſe pen-  
tuſ eiſciat, ſibi que perſuadeat, ne  
poenas, nec iſernum ſuperereſſe, ſe-  
ſolum Deum in rerum natura exi-  
ſtere, ob cuius amore quidquid  
prauum ac vitiouſum eſt deteſtari &  
fugere, quidquid verò preclarum &  
bonum eſt, in opus conſerre debeat.  
Hanc perſuasionem profundissime  
menti infigere, in eaque ita ſeſe con-  
firmare debeat, ut etiamſi Deus  
nullum ei pro laboribus, atque ope-  
ribus ſuis (que tamen in ſeipſis ſunt  
tanquam pannus mulieris mēſtruatae,  
& tanquam nihilum) præmium  
aut mercedē reponere vellet, nihil  
omnino eorum quæ factura eſſet,  
aut facere obligata eſt, ſoliuſ De-  
amore atq; intuitu, negligeret. Imo

PARS PRIMA.

in hac operum, ob diuinum amo-  
rem, exercitatione, adeò immota &  
constans persistere debet, vt eti-  
amsi Deus, posteaquam omnia to-  
tius mundi pi. ac præclara opera,  
peregisset, eam inferno, omnibusq;  
atrocissimis quos mens excogitare  
posset cruciatibus addicere, ac tali  
ipsam præmio remunerare veller,  
ne minimam quidem bonam actio-  
nem propterea omitteret, imò si vi-  
res ad maiora suppeterent, plura fa-  
ceret. Hęc est vera proficiendi semi-  
ta, & via ad flagrantissimum amo-  
rem pertingendi illius Dei, qui effu-  
sissimè nos diligit, & immenso no-  
stri amore &stuat, cuius amore om-  
nit operari debemus; Anima quæ in  
talibus cogitationibus se exercet, &  
ad finem vsque persistit, (fidem ad-  
hibeat mihi) breui tempore ad al-  
tissimum perfectionis statum per-  
ueniet.

*Modus eluendi maculam timoris pa-  
narum inferni.*

TRES sunt aquæ quibus munda-

Aqua ad  
D 2 tur

76<sup>o</sup> SPECVLVM ANIMAE

eluendam  
timoris ma-  
cram.  
Matth. 10.

tur hæc macula. Quarum PRIMA  
scaturit de ore Christi dicentis: No-  
lite timere eos qui corpus occidunt, animi  
autem non possunt occidere: timete autem  
eum, qui postquam occiderit, habet po-  
statem mittendi in gehennam. Quibus  
verbis nos admonet, ne aliud quo-  
quam timeamus præter ipsum. Ita-  
que si iussis eius & admonitionibus  
morem geramus, omnem timorem  
alienum, præterquam ipsius, facile  
sustulerimus: neque enim ait ut ig-  
nem æternum formidemus, sed  
eum qui nos in hunc ignem præci-  
pites dare potest, metuamus.

Aqua se-  
cunda

SECUNDA aqua est: Mente re-  
voluere, quām arcta obligatione  
Deo creatori nostro, qui nos tam  
multis decorauit, & decorare non  
cessat beneficijs, deuineti simus, at-  
que idcirco iustum ac debitum esse,  
ut illi soli obtemperemus, illum ti-  
meamus, illum amemus.

Aqua ter-  
tia.

TERTIA aqua est: Secum ex-  
pendere, insignem illam clemen-  
tiā, qua Deus erga nos usus est, di-  
nos à vita prauitate ad mortuum cor-  
rectionem

PARS PRIMA. 77

rectionem excitauit, cum sine gratia illius auxilio, nostris tantum subnixi virtute, nullo pacto resurgere, atque ex sordibus peccatorum emergere, potuissentus. Hęc consideratio sola sufficiens esse posset, ut peccatoris animum diuino amore succenderet, adeoque inflammaret, ut omni timore poenarum abiecto ipsum solum feruentissime diligeret: Quemadmodum in Maria Magdalena, S. Paulo, S. Matthæo, Davide, alijsque innumeris accidit: qui maximam momentum temporis vita mutationem fecerunt. Utinam Deus per intercessionem & merita horum, & omnium Sanctorum, atque Angelorum cœlestis paradysi, particulariter autem specialium meorum S. Pauli, & S. Mariæ Magdalene: Beatisimæ virginis MARIAE Matris meæ: & IESU Christi Patris mei, & propter viscera sancte misericordie suæ nos ad supremum huius amoris apicem & gustū prouchere, & omnem à nobis timorem inutilem expellere dignetur.

D 3

De

78 SPECVLVM ANIMAE  
De inquietudine & impatientia  
cordis,  
Macula VII.

CAPVT VIII.

*Luc. 21.* IN patientia vestra, possidebitis animas vestras. Inquietudo & impatien-  
tia cordis, labis foedissimæ in ani-  
ma inquietudo cordis. cursum vehementer impediunt. Ac  
proinde proficere volenti maximè  
necessarium est, ut circa earundem  
mortificationem vigil & sollicitus  
sit: cùm potissima viæ spiritualis  
pars in eo consistat, vt anima quieta  
sit & pacata: Et certè modicæ per-  
fectionis indicium est, cùm quis  
noscitur ad propter minima quæque turbatur,  
quam perfe- adeò vt hinc certissimum perfecti-  
tionem ani- onis adeptæ argumentum sumere  
ma peruen- liceat. Quare cùm scire lubet, ad  
rit.  
*Indicia ex*  
*quibus cog-*  
*noscitur ad*  
*quam perfa-*  
*ctionem ani-*  
*ma peruen-*  
*rit.*

uiua

PARS PRIMA.

uina permissione tibi accidere pos-  
sunt, de manu Domini suscipias.

Anima enim quæ magnum in via  
DEI profectum fecit, est sui ipsius  
Domina, & Non aliter diuina ope-  
rata, in omnibus eventibus, ca-  
sibusque aduersis immota manet, ac  
scopuli marini, qui nullis oceani  
saxientis fluctibus, cedunt: aut an-  
nosque quercus, quæ nullis ventorum  
flatibus commouentur.

*Modus maculam inquietudinis &  
impatientiae cordis  
eluendi.*

PRIMVS est, Considerare, insig- Bona probis  
nem fructum atque ingentia bona, & improbis  
quæ ex impatientiæ mortificatione communia  
relaturus es: Quod vt paulo expli- que sint.  
catius fiat, notandum est: Bona quæ-  
dam esse bonis & malis communia  
vt sunt diuitiæ, sanitas, cæteraque  
bona temporalia, & trâsitoria: quæ- Bona probis  
dam bonis duntaxat propria, in qui- propria.  
bus improbi nullam omnino par-  
tem habent, vt sunt tranquillitas &  
pax mentis; dominiū absolutum in

80 SPECVLVM ANIMAE

omnia bona temporalia, ne quicquam eis noceant: victoria passionem: & spiritus libertas, sicut ait

Proverb. 12. Sapiens. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. Hæc improbi nulla ratione habent, qui quot passionibus laborant, quot concitatos animi motus sentiunt, tot perturbationibus vexantur.

Adhæc bonis secreta quædam dona à benignissimo ipsorum Parente IESU Christo, quem medullitus amant, conferuntur, tam dulcia, tam suauia, tamque gustatui iucunda, ut nemo sciat qui accepit, & nisi per experientiam in seipso didicerit, quid dicam intellecturus minimè sit.

Dona hæc insignia, de quibus loquimur, S. Paulus, licet subobscure, intellexit, quando ait: Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, que abscondita est. Et alibi cum dicit: Sapientibus & insipientibus debitor sum.

Deni-

Fauores  
bonorum.

1. Cor. 2.

Rom. 1.

Denique ut uno verbo absoluam:  
hi bonorum fauores per vniuersam  
sacram scripturam varijs verborum  
inuolucris velantur, & sub pretio-  
sissimis & pulcherrimis mystico-  
rum sensuum, & allegoriarum, mar-  
garitis latitant.

SECUNDVS modus est. Omni  
tempore, quoad fieri potest, animo  
iucundo & læto esse: *Animus gaudens*  
*etatem floridam facit. Spiritus tristis exic-*  
*catur ossa. Hinc S. Pater noster Franci-*  
*cus adhortabatur Fratres suos, vt*  
*femper in Iesu Christo gaude-*  
*rent.*

Quod ut fiat, necessariū est, mag-  
nam sibi in tribulationibus & per-  
turbationibus vim facere, seque ad  
sanctam lætitiam cogere: vnde Ec-  
clesiasticus. *Deprime cor tuum, & su-* Eccles. 2.  
*stine.*

TERTIVS modus est: Expen-  
dere secum eximiam illam promis-  
sionem, qua mundis & quietis cor-  
de pollicitus est; eos Dei filios nun-  
cupandos esse: cum ait: *Beati pacifici, Matt. 5.*  
*quoniam filii Dei vocabuntur: Hæc*

D 5

namq;

*Prouer. 17.*  
*Quid iuuet*  
*letitia cor-*  
*dis.*

B2 SPECVLVM ANIMAB  
Pacifici cor namque sola consideratio, quod ho-  
dis beati mo propter pacem cordis Dei filij  
suo. connumerandus sit, hanc maculam  
efficaciter eluere poterit.

De sui ipsius quaestione,  
Macula VIII.

CAPVT IX.

Ephes. 5. NEMO vñquam carnem suam odio ha-  
Naturæ ma- buit. Vna ferè omniū præcipua,  
litia occulta. & maxima est labes propriæ quaesi-  
tionis, quandoquidē homo, quam-  
uis in diuino seruitio sibi videatur  
omnia propter amorem Dei agere:  
nihilominus habet in seipso latens,  
secretum quoddam vitium siue pro-  
pensionem naturæ ad sui quaestio-  
nem: qua fit ut sàpè sub eo prætextu  
quod Dei honorem spectet, seipsum  
quaerat: quare nisi Dei seruus curam  
omnem adhibeat, ad vitium hoc ra-  
dicitus excindendum, & maculam  
hanc funditus perpurgādam, in san-  
cto perfectionis itinere, maxima  
damna atque detrimenta sentiet.

amores duo Est autem hic amor, adeò insitus  
seruili & innatus naturæ nostræ, magna  
arte

PARS PRIMA. 83

arte & cautione opus sit ad dignos- filialis sunt  
cendum , quando amor iste vitij, sibi simili-  
quando virtutis sit: Quando videli- mi.  
cet nosipso, quando Deum, aut vir-  
tutem pure, & simpliciter quæra-  
mus.

Sunt enim hi duo amores, serui-  
lis nimirum & filialis, in operando  
adeò sibi similes, uti duo capilli vni-  
us capitis, qui ab inuicem facile dis-  
cerni nequeunt; cum tamen admo-  
dum dissimiles & diuersi sint in in-  
tentione: quia filialis amoris præci-  
puus scopus in malorum fuga ac  
virtutum exercitijs est: Deum cog-  
noscere, venerari, honore affice-  
re, propitium sibi reddere, ei place-  
re ac gratias agere, atque in omni-  
bus ea quæ ipsi acceptissima, san-  
ctissimæque voluntati eius magis  
conformia sunt, inquirere, ample-  
sti, & perficere. Quibus ferè contra-  
ria facit seruilis amor, quem ex tri-  
bus his indicijs agnoscere licebit.

Indicia ex

Primum est: Cum quis in mali de- quibus cog-  
 uitatione, ac boni operatione, ad se- noscitur ser-  
ipsum semper respicit, omniaque uilis amor.

D 6 aut

84. **SPECVLVM ANIMAE**  
aut pro euasiōne confusōnis alicuius, vel poenae, aut utilitatis alicuius respectu agit. **Secundum;** quando opera sua magni aestimant, ac se præclara quædam atque laude dignissima operari, plurimumque per ea mereri, sibi persuadet: sicque ex donis diuinis in superbia erigitur, atq; in illis sibi magnopere placet.

**Tertium** indicium est: Quod in virtutum studijs minimè desudaret, nisi remunerationem aliquam, siue in hoc sæculo, siue in futuro, se consecuturum speraret. Qui eiusmodi sunt, in pessimo statu sunt, & donis Dei ad maiorem suam damnationem abutuntur. Necessarium itaque est, ut seruus Dei hæc diligenter aduertat, atque in hac macula eluenda plurimū studij atque operæ ponat.

*Modus eluendi maculam quaestitionis stupfus.*

*Necessariū  
est intentionem in malis fugiendis* PRIMVS modus labem hanc deformem eluendi & mundandi est: Intentionem rectam, tam in malis quæ fugimus, quam in bonis quæ agimus,

agimus, assumere: & diligenter dis- & bonis a-  
quirere, cur hoc vel illud aggredia- gendis recti-  
mur: cur hoc vel illud deuitemus: facere.  
intentioneque accuratè discussā,  
animam suam hoc pacto alloqui.  
Adesdum anima: dic quæso cur pec-  
catum hoc vitas? Aut cur actionem  
hanc aggredi pergis? Quid est quòd  
te permouet, ad carnem inedia, ie-  
iunijsque macerandam? vigilijs, cili-  
cio, flagellis, alijsque rebus asperis,  
& duris edomandam? Quid impel-  
lit te ad beneficiendi studium, &  
eleemosynas in pauperes erogan-  
das? Moxque ut maculam quampi-  
am inuenerimus, illam mundare &  
firmiter secum statuere, omnia quæ  
agimus solius Dei amore nos ag-  
gredi velle. Atque hoc propositum  
& intentionem sàpè renouare, ac  
nosmetipos Deo in omnibus & per  
omnia sine vlla contradictione in  
supremum illius beneplacitum of-  
ferre. Hæc est pulcherrima & com-  
pendiosa methodus breui magnos  
in vita spirituali progressus faciēdi.

TRÆ autem gradus habet in- *Intentio*  
D 7 tentio:

86 SPECVLVM ANIMAE.

tres habet  
gradus.

Intentio re-  
cta.

Intentio  
simplex.

Intenctio

tentio: Est enim intentio recta: est intentio simplex: est deniq; intentio Deiformis. Intentio recta illa est, cū bona quæ agimus, aut mala quæ vitamus, simpliciter propter amorem Dei operamur aut fugimus: hæc intentio quāuis recta sit, nō tamē sufficit ad perfectionis adeptionē: quia nō querit simpliciter Deū, quamuis pro fine omniū operū Deū habeat, sed varijs curis, sollicitudinibus, & perturbationibus, vitæ actiua distinetur, atque in multadistrahitur.

Simplex autē intentio perfectior est: quia cæteris omnibus relictis ad Deum solum se cōuertit, vt ipso perfruatur, ac in ipso gaudear: hæc spe-  
ctat ad vitam contemplatiuam, ac proinde simplex vocatur, quia non tantū recta est, dum omnia propter amorem Dei peragit, sed etiam sim-  
plex, quia in Deo simpliciter quies-  
cere appetit: Huic tamen intentioni etiam labis aliquid inhærere potest, si nimium sibi anima complaceat in dulcedine contemplationis.

Et & tertia intentio quæ Deiformis

PARS PRIMA. 87

mis appellatur; quæ in omnibus & Deiformis.  
per omnia se diuinæ voluntati, con-  
format, atq; in sanctissimū eius be-  
neplacitum resignata, ipsi cōmittit,  
vt sensibilem dulcedinē vel largia-  
tur, vel tollat: Quam si largitur, eam  
humiliter acceptat, eiq; gratias agit,  
in cæteris nihil præterquā gloriam,  
honorem, & diuinū beneplacitum,  
tum in aduersitate, tum in prosperi-  
tate, quærit. Hæc pertinet ad supre-  
num gradum vitæ contemplatiæ.

SECUNDVS modus maculam  
propriæ quæsitionis eluendi est; Li- *Quomodo*  
brum cognitionis sui ipsius sedulò *mortificare*  
euoluere, in eoque perdiscendo dies da sit qua-  
cum noctibus iungere. Certū namq; *situs* sui per  
est, quod quisquis probè scipsum *cognitionem*  
*cognouerit*, non modò scipsum non *suis ipsius*.  
quæret, sed etiam vehementer ab-  
horrebit: Ex sui etenim cognitione,  
nascitur ingens illud odium, quo  
præcipui qui que Sanctorum in seip-  
sos exarserunt, atque semetipos pro  
posse contempserunt & omni-  
bus substrauerunt: ita ut etiam cum  
ab alijs despiciatur haberentur, &  
ludi-

28 SPECVLVM ANIMAE  
ludibrijs ac i[n]f[us]ionibus exciperen-  
tur, gauderent.

TER TIVS modus; in sancte hu-  
militatis libro perdiscendo, totum  
studium ac industrian collocare,  
frequentes humilitatis actus exer-  
cere, atque eam semper præ oculis  
habere, ac de ea cogitare. Est enim  
verè summi & cœlestis ædificij fun-  
damentum.

De gloria & honore mundano,  
Macula IX.

CAPV T. X.

x. Ioan. 2.  
Tria principi-  
palia pecca-  
ta, quæ totū  
mundum  
inficiunt.

Q MNE quod est in mundo, concupiscen-  
tia carnis est, & concupiscentia oculo-  
rum, & superbia vite. Hæc sunt tria illa  
Cerberi capita, quæ vniuersum mû-  
ndum sua virulentia inficiunt: Hæc est  
macula triplex, quæ cuncta foedè  
contaminat & polluit: Concupis-  
centia nimis carnis, id est, luxu-  
ria & gula: Concupiscentia oculo-  
rum, id est, auaritia: Et superbia vi-  
ta: De prioribus duabus aliqua iam  
diximus, de tertia vero, superbia,  
nunc agemus. Quæ potissimum ge-  
neratur

neratur & nutritur, gloria & hono-  
ribus huius mundi. Ad huius vitij, cū  
Deo præ cæteris omnibus maximè  
exosum atque execrabile sit, extir-  
pationem, necessarium est ut con-  
tra illud totis viribus arma sumam-  
us, & aduersus illud decertemus,  
atque ea omnia, ex quibus generari  
posset tollamus atque amputemus.

Itaque Dei seruus ut huic vitio *Honores*  
fomenta subtrahat, omnem huius *mundi ani-*  
*mundi gloriam non aliter ac ser-* *mat tanquam*  
*pentes, & dracones fugiat, quando-* *serpentes*  
*quidem naturæ humanæ valde fa-* *debet fuge-*  
*miliare & ingeneratum est deside-* *re.*  
rium honoris & prælationis, quo  
videlicet alijs dominari & antefer-  
ri appetimus: & nisi Dei seruus mil-  
lenis oculis diligenter circumspexe-  
rit, facillimè offendet & labetur:  
Fugiat igitur honores ac dignitates,  
& nisi per necessariam, & simpli-  
cem obedientiam ad eorum suscep-  
tionem compellatur, nequaquam  
illis se implicari sinat, nisi mille ma-  
culis & deformitatibus turpissimis  
aspergi, & contaminari velit.

Non

90 SPECULVM ANIMAE

Non id dicimus neminem perfe-  
ctum esse posse in dignitatibus &  
prælationibus, sine temporalibus,  
sine spiritualibus, cùm contrarium  
innumerā Sanctorū exempla te-  
stentur; sed admodum periculōsum  
esse: multoq[ue] securiorem vitā eos  
agere qui ab ijs soluti & liberi sunt,  
cùm multi propter eas æternā dam-  
nationem incurrerint, qui forsitan  
sine illis saluati fuissent.

*Qualem ho-* Tu autem Anima Iesu Christi  
*norem que-* sponsa, si verorum honorum cupi-  
*rere debet* ditate flagras, hoc tibi maximè glo-  
*anima.* riosum & honorificum ducito, si  
plurima pro amore Iesu Christi  
sponsi tui perpetiaris: Quemadmo-  
dum in hoc gloriabantur Sancti A-  
postoli, de quibus ait Lucas in Actis  
Apostolorum. *Ibant Apostoli, gauden-*  
*tes à conspectu concilij, quoniam digni ha-*  
*biti sunt pro nomine IESV contumeliam*  
*pati.* Et S. Paulus dicebat. Gloriamur in  
tribulationibus. Et rursum. *Miki antem*  
*abfuit gloriari, nisi in cruce Domini mei IES-*  
*SV Christi.*

Neque enim, ut summatim di-  
cam,

*Act. 5.*

*Rom. 5.*

*Gal. 6.*

PARS PRIMA.

cam, verbis exprimi potest, quam  
nocua sit mundi gloria & honor.  
Reliquum est ut videamus quomo-  
do macula hæc mundanda sit.

*Medus eluendi maculam gloria &  
honoris mundani.*

TRES sunt modi maculam hanc,  
si ea aspersi & cōtaminati fuerimus,  
mundandi; aut si necdum ea infecti  
sumus, impediendi ne locum in no-  
bis reperiat.

PRIMVS est: Considerare peri- *Honorum*  
culatum temporalia & corporalia, *pericula*.  
rum spiritualia, quæ honoribus cō-  
iuncta sunt, & exempla eorum qui  
honorum occasione, vel in corpore,  
vel in anima periclitati fuerunt, sibi  
in memoriam redigere.

SICUNDVS est: Honorum va- *Honorum*  
nitatem & momentaneam duratio-  
nem animo reuoluere, quandoqui-  
dem non aliter ac fumus breuiissi-  
mo temporis spatio disparent, &  
euanescent.

TERTIVS est: Molestias, per- *Honorum*  
turbariones, & fastidia quæ digni- *molestie*  
tates

92 SPECVLVM ANIMAE  
tates comitancur, nec nō innumerā  
impedimenta, quæ ipsa animæ ad  
perfectionem anhelanti, atque per  
orationes, meditationes, & contem-  
plationes sponso suo se vnire cu-  
pienti obijciunt, secum expendere.

De Curiositate,  
Macula X.

CAPV T XL

GENESEIS. II.  
**V**ENITE faciamus nobis ciuitatem  
& turrim cuius culmen pertingat ad  
cælum, & celebremus nomen nostrum, an-  
tequā diuidamur in vniuersas terras. In-  
signis macula & maximum impedimentum est: in rebus suis curiosita-  
ti studere. sunt enim nonnulli inter  
illos etiani qui religionem ac pietatē  
vnicè colunt, seq; ad magnum  
perfectionis gradum peruenisse si-  
bi persuasum habent, qui curiosita-  
tibus quarundam minimarum rerū  
immersi sunt, nec, eò quod exiguae  
ip̄sis esse videantur, ab hac fraude si-  
bi cauent: verū licet modicæ vide-  
antur, maximum tame animæ de-  
trimentum adferunt.

Capite

Capite nobis *vulpes paruulas*, quæ de-  
molintur vineas: ait Sacra Scriptura in  
Canticis. *Vulpes paruulae* sunt pec-  
cata *venialia*, & res quædam mini-  
mi ponderis, quæ si non apprehen-  
dantur & igne absumentur, vineas  
vberes & fructiferas animarum in-  
uadunt, corrumpunt, & deuastant:  
impediuntque ne dulce contempla-  
tionis vinum de illis exprimatur.  
Itaq; opus est singulari solicitudine  
& vigilantia in his minimis rebus  
extirpandis, quarum vna est curio-  
sitas.

Hanc autem curiositatem repe- *Curiositas*  
rii licet in rebus quibusuis, siue *in omnibus*  
magnis siue modicis: in nouorum *rebus exi-*  
*tumorū* perceptione: in palatiorū, *sit.*  
ædium & cubiculorum ædificati-  
one: in vestium vsu ac præparatio-  
ne: ita vt ne minima quidem *Ana-*  
*choretæ* cellula ab ea immuniſ sit.  
Curiositas hæc quæri potest in per-  
exiguo libello, in librorum clausu-  
ris, in veste abiectissima & rigido  
è sacco confecta: Imò diabolus sua-  
tionibus suis circumuenire nos po-  
test

94 SPECVLVM ANIMAE  
test ut eam insurramus in craterem  
ligneo , quo ad potum utimur : Et  
quod amplius est , cunctis rebus &  
actionibus nostris paruula & vafra  
hæc vulpes latentes se nisi infert & ir-  
rebit : ac proinde seruus Dei semper  
sibi præsens sit , sui curam diligen-  
tem gerat , solamque in cunctis ne-  
cessitatem querat , nullo ad earum  
curiositatem respectu habito , modo  
ei secundum statum suum usui sint.

*Signa ex  
quibus cog-  
noscitur cu-  
riositas.*  
Cognoscitur curiositas hæc ex si-  
gnis sequentibus. *Primùm* ex eo ; cùm  
homo interim dum res illa vel per-  
se aut per alios absoluatur , & confi-  
citur multis cogitationibus , dum  
solicitus est ut benè fiat , molestatur ;  
magnamque animi sentit inquietu-  
dinem , sp̄eciatim dum ad oratio-  
nem sese componit .

*Secundò* , quando ea iam confecta  
propter modicum vitium in ea in-  
uentum , vehementer commouetur  
& perturbatur .

*Tertiò* , quod indicium curiosita-  
tis manifestissimum est : quando  
eam iam cofectā , propter exiguum  
quid

PARS PRIMA.

quid quod ad perfectionem ei de-  
est, discindit, & denuo refici sinit.

Quarto, quando eam iam de inte-  
gro refectam diligenter contem-  
platur, idque cum magna animi  
anxietate, atque si aliquid repererit  
quod sibi minimè placeat, murmu-  
rat, & turbatur.

*Modus eluendi maculam cu-  
riositatis.*

PRIMVS modus maculam hanc  
abluendi & penitus delendi est: Pro  
visu suo vitiosa & defectuosa elige-  
re quæ intuentibus minimè probé-  
tur: sua etiam imperfèctè perficere,  
ut de nobisipsis victoriam conse-  
quamur.

SECUNDVS modus, qui contra  
curiositatem nouos rumores perci-  
piendi præcipue militat, est: Diui-  
narum rerum attenta consideratio:  
sunt etenim adeò singularia, pul-  
chra, & inaudita ut Christus dicat. *Apoc. 21.*

*Ecce noua facio omnia.*

Quales ne-  
exoptati rumores, quos sacræ nobis  
beamus de-  
literæ fiderare.

¶ 96 SPECVLVM ANIMAE  
litteræ propoſant: quod Deus tri-  
nus & vnuſ fit, Trinus in personis,  
vnuſ in eſſentia: quod ē nihilo mu-  
ndum creauerit: quod infinitam An-  
gelorum multitudinem consideris;  
quod innumerā animas ſibi famu-  
lantes, & ſe diligentes habeat: quod  
humanā carnem аſſumpſerit; quod  
pro huius mysterij confectione, cœ-  
leſtem nuntium ad virginem, MA-  
RIA M nomine, præmiferit: quod  
eandem Spiritus Sancti virtute fœ-  
cundauerit: quod is, quē Beata vir-  
go vtero conceperat, Deus verus &  
homo fuerit: quod nouem mensi-  
bus exactis, eum in stabulo pepere-  
rit: quod Virgo ante partum, in par-  
tu, & post partum permanferit: Haec  
& mille auditū dignissima, ſunt no-  
uitates, quas velle curioſi audire  
desiderarent, quas Propheta Abacuc  
considerans ait, Domine audiui auditio-  
nem tuam & timui. Vel ſecundūm ver-  
ſionem Septuaginta. coſiderauit open-  
tua & obſtupui.

TERTIVS est: Pensare quod o-  
mnia terrena hæc & transitoria ni-

Abacuc 3.

PARS PRIMA.

97

hil sint nisi vanitas: *Vanitas vanitatum*  
et omnia vanitas, ait Ecclesiastes.  
Quod si secum attentè considerauerint,  
sola necessitate contenti erunt:  
curiositatemq; curiosis relinquent.  
Si namque mihi sufficit parua cellula,  
cur eam curiosam & amplam ha-  
bere cupiam? si tibi & familiæ tuæ  
sufficit pro necessaria habitatione  
honesta domus, cur prq ea magnifi-  
cum & spatiōsum palatiū exstruis?  
si pro corporis mei cinctura gros-  
sus funis mihi satis est, cur alium  
candidum, subtilem, affabreque fa-  
ctum querā? Si mihi pro signis siue  
registris Breuiarij, fila aut cartarum  
particulæ aut imagunculæ aliquot  
deuotę sufficient, cur eadem ex bys-  
fo contexta, colorum varietate di-  
stincta, ac percuriosa expetam?

*De vana gloria,*

*Macula XI.*

CAPUT XII.

**C**VM ieunatis nolite fieri sicut hypocri-  
tae tristes. Ingens & admodum  
turpis est vanæ gloriæ macula, pro  
*vana gloria*  
*difficilis ad*  
*cluendum.*

E      qua

Matt. 6.

98 SPECULVM ANIMAE  
qua eluenda, nūltis aquis & smig-  
matibus, singulariue diligentia &  
industria opus est. Etenim nisi ser-  
vus Dei omni studio & cōtentione  
ab hac labe se liberare Connisus fue-  
xit, loco servi Dei, constituetur mar-  
tyr Diaboli, dum carnem quidem  
snam inedia, ieunijs, vigilijs, flagel-  
lis, alijsque rebus duris & asperis  
atterit, & martyrizat: per vanam  
verò gloriā, omnium horum ia-  
eturam patitur, & pro labore suo  
infernum lucrifacit.

Hipocryta  
martyres  
Diaboli.

Vanā gloria  
quam sub-  
tilis.

Vehementer subtile est vitium  
vanæ gloriæ, & quod admiratione  
dignum est, cùm maxima & insigni  
macula animam contaminet, vix tamen ea cernitur.

Nascitur autem ut plurimum, ex  
ipsis bonis & præclaris pietatis a-  
ctionibus: quapropter cæteris vitijs  
est perniciosius, nullumq; est inter  
omnia, quod maioribus damnis  
animam piam afficiat, quodq; Deo  
magis displiceat.

Exemplum  
de Beata

Hinc legimus de Beata Clara de  
monte Falcone, quod propter ex-  
quam

PARS PRIMA.

guam temptationem vanæ gloriæ, claramon-  
subtractus ei fuerit à D E O annis *tis Falconis*.  
quindecim, diuinæ dulcedinis &  
spiritualis illuminationis, influxus:  
nec prius potuerit eum recuperare,  
quamuis multis lachrymis, ieiunijs, cilicijs, flagellis & orationibus  
Deum instantissimè deprecaretur.

Hæc vana gloria seruos fideles *Vana gloria*  
ab infidelibus secernit, quia loqui *discernit in-*  
vix dignosci possent, cum eadem fe- *ter veros*  
rè opera exerceant: Sicut enim ve- *fictos Dei*  
rus Dei seruus ieiunijs & inedia *seruos.*  
carnem affligit, orationibus conti-  
nuis incubit, largas in pauperes  
eleemosynas erogat, & alia præcla-  
ra pietatis opera facit: Ita fictus, ap- *Veri & facti*  
parens, & infidelis seruus, secundum *serui Dei in*  
exteriorè speciem eadē frequenter *quibus dif-*  
operatorum sed in hoc ab altero dif- *ferant.*  
fert, quod omnia ferè propter vanā  
gloriā faciat, ut nimirū hominibus  
placeat, & laudes humanas, aurās  
que populares aucupetur: At nō ita  
verus Dei seruus, qui ea solius Dei  
amore perficit, ut que illi tantum-  
modo per ea placeat, studet. Quare

100 SPECVLVM ANIMAE  
vnicuique in operum suorum consideratione , fineque illorum expendendo , maxima diligentia & cautione opus est , vt si opera eius vanæ gloriæ labे conspersa fuerint , eam eluere valeat : si verò hac macula ne cum inquinata fuerint , prospiciat , ne hac labe contaminentur.

*Modus eluendi maculam vanæ gloriæ.*

*Quomodo  
collatur va-  
na gloria.*

PRIMVS modus maculam hanc perpurgandi est , considerare nostram vilitatem : scelerū nostrorum multitudinem & fœditatem : nostramq; erga Deū ingratitudinem , qui sine ullis nostris meritis , immo plurimis flagitijs nostris prouocatus , nos è peccatis extraxit : gratia sua præuenit & confirmauit : & multis alijs criminibus , in quæ incurrissemus , præseruauit .

*Opera no-  
stra nulla  
sumt.  
Luc.17.*

SECVNDVS medus est . Animo expendere opera nostra nulla esse . De quibus Christus discipulis ait CUM feceritis omnia , dicite quia servi inutiles sumus . Qui itaque opera sua bona

PARS PRIMA. 101

bona quamvis infinita diligenter ad hanc Christi sententiam expenderit & examinauerit, utique existimabit sine diuina gratia illa prorsus inutilia esse, ut ait Christus.

TERTIVS modus est. Cogitare quod si Deus, eam gratiam quam nobis largitus est, alteri contulisset, multo nobis maiora operatus esset: Hic possemus in memoriam nobis reducere, quam multa & praeclera sancti egerint, quamque opera nostra si cum illorum operibus confrerantur, perexigua sint. Præterea revoluere, quod vel hodie peccator aliquis conuerti posset, qui plura bona opera efficeret, quam nos vel agamus, vel egerimus, vel vñquam acturi simus.

QVARTVS modus est. (Ut numerum ternarium excedamus, cum vitium hoc cætera omnia superet.) Fugere & abhorrere omnem laudem, honorem, & faiorem humatum, quoad fieri potest, toto corde desiderando pro honore ac veneratione, qui nobis exhibetur, ab omnibus

*Fugiendus  
est omnis  
honor.*

E 3 bus

102 SPECIUM ANIMAE  
bus contemni, vilipendi, & Iudicio  
haberi. Denique in virtute sancte  
humilitatis acquirenda plurimum  
operac studij collocare, ac seipsum  
non aliter ac Daemonem quendam  
odisse, fugere, & horrere.

*quam vtile* QUINTVS modus est. Sæpe  
fit propositū proposita renouare, & intentionem  
sæpe reno- ad verum scopum dirigere, ac seip-  
nare. sum & omnia opera sua toto corde  
diuinæ maiestati offerre.

*De distractione animi,*  
*Macula XII.*

CAPUT XIII.

Proverb. 4. OMNI custodia serua cor tuum, ait  
Damna que Sapiens: Magnum impedimen-  
ex distracti- tum, quo anima quæ Deo vñiri de-  
one cordis siderat, à scopo suo præpeditus, est  
prouenient. Nimia mentis distractio, dum non  
custodit cor suum, nec cogitationi-  
bus frænum injicit: sed eas quocun-  
que voluerint, liberè diuagari per-  
mittit. Quo fit ut omnis in ea deuo-  
tionis ardor extinguitur, lenteque  
ac oscitanter spiritualem semitam  
perambulet: ac semper frigida, &  
qual-

quasi gelu quodan<sup>t</sup> corporis con-  
stricta, permaneat.

Itaq; ô Anima, certo scias, quam-  
diu cor tuum ab omni alia imagine  
non perpurgueris, sed liberam ei  
facultatem per mundum quocunq;  
libuerit diuagandi permiseris, nun-  
quam ad verum & syncerum D<sup>E</sup> I  
amorem pertinges: qui cùm sit pu-  
rissimus, nulli alieno amori permis-  
ceri potest.

Indicium autem ex quo mentis  
& cordis distractiones agnoscas,  
hoc habe: Diligenter teipsum ex-  
amina num colloquijs de rebus diui-  
nis oblecteris: an verò maiorem ex-  
bellorum, aliorumque nouorum  
rum auditu, voluptatē capias:  
num delectabile tibi sit cum alijs  
conuersari, confabulari, ridere, io-  
cari, similibusq; recreationibus in-  
dulgere: tum enim manifesta est a-  
nimi tui distractio.

*Cor Deo*

Is namq; qui cor habet verè pur- *vnitum*  
gatum & Deo *vnitum*, semper cum *semper eum*  
Deo loquitur, de Deo cogitat, siue *Deo loqui*-  
ambulet, siue sedeat, siue manducet, *tur.*

E 4

siue

104 SPECVLVM ANIMAE  
siue bibat, siue aliud quidlibet agat,  
imò omnia quæ audit, videt, odora-  
tur, gustat, & tangit, ad Deum re-  
fert, ei gratias agendo, eumque iu-  
giter laudando, alioque docendo  
& exhortando ad similia; ut Deum,  
quem tantoperè diligit, & ipsi dili-  
gant, laudent, ei seruiant, & cum  
eo assidue sermocinentur.

Imò si quandoq; (quod frequen-  
ter dum in hac vita sumus, contin-  
git) cor eius à DEO vana quapiam  
cogitatione abstrahatur, mox vt in  
se reuersus fuerit, dolet, ingemiscit,  
de sua instabilitate conqueritur, &  
contra semetipsum iratus, pœnas à  
se per peccatoris tunisonem, flagella-  
tionem, aut alterius poenitentiae v-  
surpationem, repetit: & Deum tan-  
quam grauissimi sceleris & sacrile-  
gij reus, humillimis precibus, pro  
indulgentia obtinenda rogat: pro-  
positum deniò innouat: & se totum  
in brachia dilecti sui projicit: eum  
instanter deprecatur, ne in poste-  
rum in similes distractiones se labi  
patiatur.

Modus

PARS PRIMA.

• 105

Modus eluendi maculam distractio-  
nis cordis.

PRIMUS modus est: Meditatio- *Necessarium*  
nibus sacris intendere: quia cor no- *est in medi-*  
strum simile eit igni, qui semper ar- *tationibus*  
det, nec vñquam quiescit; ita & cor *occupari.*  
nostrum semper in aliquo vult disti-  
neri. Ac proinde vt ab alijs rebus ab-  
strahatur, necessarium est, illud san-  
ctis meditationibus & pijs cogita-  
tionibus occupare: Quod vt fiat,  
optimum remedium fuerit, singulis  
vigintiquatuor horis, vnum Domi-  
nicæ passionis mysterium sibi ac-  
curatè meditandum assumere, vti  
nos in sanctæ orationis hortulo, qti  
secunda huius libri pars est, doce-  
bimus.

SECUNDVS est. Silentium &  
solitudinem diligere, conuersati- *Vtilitas si-*  
ones hominum, quantum fieri po- *lentij.*  
test, deuitare. In silentio & spe erit for-  
titudo vestra, ait Esaias.

*Esa.30.*

TERTIVS est. Considerare,  
quantorum bonorum interea dum  
distractus es iacturam facias: quia

E 5

rem-

106 SPECULVM ANIMAE  
tempus illud quo animus, hinc inde  
vagatur, perdis, cùm nihil tempore  
pretiosius sit; vnde Sapiens: *Fili con-*  
*serua tempus.* Quare ne tēporis adeò  
pretiosi detrimentum accipias, esto  
semper in p̄eclaris & pijs actioni-  
bus occupatus, & dum operibus ex-  
ternis intendis, mysterium aliquod  
sanctissimæ passionis Christi, aut  
aliud aliquid pium menti tuae me-  
ditandum propone, si ab hac macu-  
la liberari cupis.

*Quomodo*  
acquiratur  
*puritas cor-*  
dis.

*Mattb. 5.*

Demum pro acquirenda hac cor-  
dis puritate, opus est ut eam fer-  
uentibus à Deo precibus exposcas,  
quandoquidem est adeò difficilis,  
ut sine speciali Dei munere & adiu-  
torio conquiri nequeat. Et Christus  
dicat, *Beati mundo corde, quoniam ipsi-*  
*derm videbunt.*

*De cordis tristitia,*  
*Macula XIII.*

CAPUT XIII.

*Prover. 17.* **A**NIMVS gaudens, etatem floridam  
Tristitia facit, spiritus autem tristis exsiccata  
memoria. offū. Eadem diligentia, quam in pra-  
dictis

PARS PRIMA. 167

dictis maculis eluēatis adhibendam  
docuimus, in macula tristitiae &  
amaritudinis perpurgāda opus est:  
Cuius eluendæ methodum ante-  
quam tradamus, primū vnde tri-  
stitia hæc & amaritudo profici-  
tur, explanabimus.

E quinque fontibus turbulentâ  
hæc aqua scaturit.

Tristitia

vnde nascit

Primus est, bona opera.

Secundus

Secundus est, immortificatio no-  
stra.

Tertius est, inuidia.

Quartus est, desiderium propriæ  
complacentiæ.

Quintus est, propria malitia. Quo-  
rum singulos paulo fusiſus proſequemur.

Primum igitur amaritudo cordis originem habet, ex priorum bonorum operū præſumptione: Dum nimirum illi, qui hac macula contaminati ſunt, opera ſua magnificiunt, ſe magna & præclarā quædam præ cæteris agere ſibi persuadent, aliorum opera præ ſuis contemnunt, nulliusque momenti eſſe

Primus  
fontis.

E 6 cen-

108. SPECVLVM ANIMAE  
censem, sicqu super alios arrogan-  
ter extolluntur, & cum Pharisæo  
aiunt. Non sum sicut ceteri hominum, rap-  
tores, iniusti, adulteri, velut etiam hic pu-  
blicanus. Sanè veritatem loquendo,  
nullum hominum genus his peri-  
culosius est, qui non modò de suis  
operibus magnificè sentiunt & glo-  
riantur, sed etiam aduersus alios,  
quos in crimen aliquod labi conspi-  
cantur, superbia elati, facile indig-  
nationem concipiunt: cùm, vt S.  
Gregorius ait: vera iustitia compas-  
sionem habeat, falsa verò indignati-  
onem, erga homines fragiles &  
peccatores.

Secundus  
fons.

Secundo, amaritudo ortum du-  
cit ex propriæ naturæ immortifica-  
tione: Qua maximè subditi contra  
prælatos suos & superiores, qui  
mores illorum disciplinæ seuerita-  
te astringere, aut eos ad obedienti-  
am aliquam licitam cogere, aut cri-  
mina illorum punire contendunt,  
commouentur: amaritudinemque  
concipiunt, & in eos venenatas lin-  
guas suas per murmurationes, con-  
uitia

Lyc. 18.

S. Grego-  
rius.

PARS PRIMA.

109

uitia & detractione distingunt.

Tertiò , amaritudo initium habet *Tertius* ex inuidia , qua aduersum alios fla- fons . grant , adeoq; ex bonis eorum ope- ribus contrariantur & affliguntur : omniaque quantumuis præclara in malam partem interpretantur .

Quartò , amaritudo hæc oritur ex *Quartus* desiderio propriæ cōplacentiæ , dū fons . nimirum supra cæteros laudari & honorari appetunt , atq; si alios sibi præferri , aut amplioribus honori- bus affici cōspiciant , perturbantur .

Quintò denique à propria peruer- *Quintus* sitate & malitia naſcitur , cùm quis fons . ipſe facinorosus , flagitijsq; plenus existens , alios ſimiliter tales eſſe iudicat , omnesque ſui ſimiles , aut etiam peiores eſſe deſiderat .

*Modus eluendi maculam tri-  
ſtitiae cordis.*

Vt remedium huic vitio adhi- beatur , opus eſt quinos illos fon- tes , e quibus originem habet , per- purgare : ac proinde iuxta nume- rum fontium , e quibus hæc macula

E 7

ſcatu-

HO SPECVLVM ANIMAE  
scaturit, totidem quoq; modos eam  
mundandi statuemus.

Op̄um  
noſtrorum  
vilitas.

PRIMVS modus est : Conſide-  
rare operum noſtrorum exiguum  
aut penē nullū valorem: & noſtram  
vilitatem, atque omnes nobis præ-  
ferre, operaque eorum noſtris me-  
liora eſſe, iudicare.

Mortifica-  
tionis & hu-  
militatis  
commoda.

SECUNDVS est : Noſtri ipſo-  
rum mortificationi ſtudere, & ſu-  
perioribus in omnibus nos ſubi-  
cere, non tantū non murmuran-  
do, ſed etiam omnem illis reueren-  
tiā & obedientiā deferendo, il-  
losq; rogado ut nos mortificare,  
caſtigare, ac deprimere velint, dūq;  
hoc faciūt, eis gratias agere, & nos  
omni conuione dignos arbitrari.

Inuidia vt  
pellatur.

TERTIVS est, his quibus inui-  
demus, benefacere, Deumque pro  
illis rogar, ac cauere, ne de illis  
vnquā malē loquamur, nec illis qui  
de illis finistrē ſentiuunt & loquun-  
tur aures faciles præbeamus: ſed ab  
aliorum calumnijs illos defendā-  
mus, atque in omnibus eos lauda-  
biles prædicemus.

QVAR.

PARS PRIMA. III

QVARTVS est, eisdem vt i  
medijs quibus vanam gloriam pro  
fligandam esse docuimus: vt alios  
laude, nos verò omni vituperio &  
confusione dignissimos reputem  
mus.

QVINTVS est: Mores corrige  
re, vitæ prauitati nuncium remitte  
re, sanctarum virtutum exercitijs  
nos dedere, & speciatim in dilecti  
onis exercitijs, & Dei, ac proximi  
amore nos exercitare: Quod fuerit  
remedium optimum omnes has  
amaritudines è corde auferendi: ne  
que enim fieri poterit, vt hæ macu  
læ de corde perfectè abluantur ac  
deleantur, nisi prius cor suavitate  
ac dulcedine diuini amoris reple  
tum fuerit. Quo facto facillimè de  
lebuntur.

De cogitationibus & operacioni  
bus intellectualibus,

Macula XIV.

CAPVT XV.

DILIGES Dominum Deum tuum, & Luc. 10.  
proximum tuum sicut ipsum. Hæc  
fuit

M3 SPECVLVM ANIMAE  
fuit Christi responso, quando à Legisdoctore interrogatus fuit: Magister quid faciendo vitam aeternam possidebo? Quibus subiungit Euangelista:

Math. 22. In his duobus mandatis tota lex penderet & prophetæ.

Perfectionis  
summa in  
amore con-  
sistit.

Cant. 3.

Cant. 4.

Quomodo  
profectum  
facias in via  
perfectionis.

Tota namque perfectionis summa in amore consistit: Et anima quæ in amoris exercitijs quotidie proficere totis viribus non satagit, nescio quomodo ad sublimes perfectionis gradus aspirare possit: *Introduxit me rex in cellaria sua*, ait sponsa. *Vulnerasti cor meum in uno crine colli tui*, & in uno oculorum tuorum: oculi animæ sunt intellectus & voluntas, vulneratum itaque se ait sponsus in uno oculorum sponsæ, quia anima voluntatis oculo ferit cor sponsi tui.

Anima igitur quæ in via perfecti-  
onis progressū facere cupit, in scho-  
la amoris dies noctesque desudet,  
operationibus potius voluntatis, &  
affectibus amorosis, quam intellectus utatur: magisq; laboret amare,  
quam speculari, intelligere, & libros  
scientiæ tantum gratia lectitare.

Anima

Non h̄c librōrū lectio inhibe- *Lectio li.*  
 mus, cūm lectio librōrū piorum & brorum spi-  
 ritualium ad profectum facien- *ritualium*  
 dum plurimum conduceat: nec etiā quām vi-  
 dicimus intellectu vtendū non esse,

quia operatio intellectus necesse  
 est, vt præcedat operationē volun-  
 tatis: nam voluntas, vt ait Philoso-  
 phus, non fertur nisi in præcogni-  
 tum, & S. Augustino teste: Inuisa di-  
 ligere possumus, incognita nequa-  
 quam: sed affirmamus non esse vni-  
 uersum studium ad speculationem  
 & intelligentiam tantummodo cō-  
 ferendum, quemadmodum faciunt  
 qui sciendi duntaxat causa literis  
 operam dant: quia, valdè differens  
 est via scientiæ, à semita caritatis, &  
 perfectionis.

*Error mul-*

In hunc errorē labuntur, qui ad *torum in-*  
*orationem se daturi, aut diuina SS. signis.*  
 Trinitatis, aut Incarnationis my-  
 steria: aut virtutes & exellentias  
 Beatæ MARIAE virginis; aut An-  
 gelorum pulchritudinem: aut SS.  
 Eucharistia Sacramenti mirabilia:  
 aut aliquod aliud mysterium vitæ

IESV

114 SPECVLVM ANIMAE  
Iesu Christi meditaturi, minutim  
& subtiliter omnia discutiunt, quasi  
prælectiones instituturi, aut ad po-  
pulum ea de re sermonem habituri  
essent; latanturque si nouos intelle-  
ctus, interpretationes, aut concep-  
tus inuenient, & hos orationem si-  
ue contemplationem nuncupant:  
sed falluntur vehementer, atque ab  
oratione ita frigidi ut accesserunt,  
regrediuntur.

Talibus necessarium est, ut con-  
tra intellectum suum armentur, ad-  
iungantque se parti voluntatis, ma-  
gisque amare quam scire studeant,  
alioqui ratiocinationes & specula-  
tiones, maximo eis impedimentoo  
erunt, ne profectum in via spiritua-  
li & perfectionis faciant.

Semita namque perfectionis in  
amore consistit: de qua S. Paulus lo-  
quens ait. *Adhuc excellentiorem viam  
vobis demonstro. Vbi cum multa in ci-  
ritatis laudem subnexuisset, tandem  
concludit his verbis. Maior autem ho-  
rum est charitas. Maior inquit fide, quia  
haec in intellectu, illa vero in vo-  
lantem*

I.COR. 12.

I.COR. 13.

Carietas ma-  
ior fide.

luntate posita est: opus itaque est maiorem in schola amoris operam ponere, quam in schola speculacionum intellectus.

*Modus eluendi maculam curiosæ  
speculationis intellectus.*

PRIMVS modus est; Exercitijs orationum & meditationum multo maximâ temporis partē impertiri.

SECUNDVS est, Libris pijs spiritualibus & affectum inflammantibus, potius quam speculatiuis & scientiam subministrantibus, legendis operam dare, & quicquid in lectio- ne intellectu apprehederimus, mox ad affectum reuocare, atq; ex ijs pia ad Deum suspiria formare; quemadmodū fecit in omnibus scriptis suis sanctus Bonaventura. Hic scholasticis, speculatiuis, & scientificis Doctoribus (quos speciatim hęc macula respicit, atq; maximū eis impedimentum, ne in schola divini amoris proficere possint, obicit) magno la- bore & industria opus est. Et sanè si verū fateri liceat, homines plerumque similes & indocti, qui puro & am-

*Simplices  
aptiores ad  
vitam spiri-  
tualem quam  
dotti.*

II. SPECVLVM ANIMAE  
& amoroso cum affectu ad diuinum amorem continuo suspirant, s̄ep̄e ad internam vitam accomodatores sunt, quām viri docti, magna prudentiæ & scientiæ opinione insignes.

TERTIVS est. Speciales ad Deum preces pro huius curiosæ speculationis moderatione fundere, maximè quādo ad lectionem libri aliquius accedimus, quemadmodum quandam nostri ordinis virum sanctitatem clarum fecisse legimus, qui quoties se ad lectionem aut studia daturus erat, hanc præmittebat orationem.

ORATIO  
ame letio-  
nem & stu-  
dia præmit  
zenda.

Domine vilissimus seruus tuus omni bono indignus, vult ingredi ad vidēdum thesauros tuos ad quos placeat tibi, ut ipsum, et si indignissimū, introducas, & des ei in verbis istis tantum te diligere, quantum cognoscere, quia nolo te cognoscere nisi vt te diligam.

De cura exteriori,

Macula XV

CM

**M**ARTHA Martha sollicita es & Lue. 10.  
 turbaris erga plurimi, porrò unum Damna quæ  
 est necessarium. Heu quantum impedimentum obijcunt animæ, ne dilectio  
 Etō sponso suo I E S V Christo vni- nes rerum  
 ri possit, occupationes exteriores? O quam eximiorum bonorum  
 iacturam faciunt, qui exercitijs manualibus, laboribus, alijsque exten-  
 nis operibus tota ferè die distin-  
 tur & occupantur: ac talia sèpè ag-  
 grediuntur, quæ multo maximam  
 vitæ partem eis auferant, adeoque  
 pretiosissimi temporis irreparabili  
 lia detrimenta accipiunt. Heu quam  
 seueram in hora exitus sui rationem  
 reddent de profectu quem fa-  
 cere potuerunt, & neglexerunt,  
 eo quod exterioribus exercitijs ni-  
 mio plus dediti & immersi extitif-  
 sent: cum interea temporis si se in-  
 ternis exercitijs dedissent, magnorum sibi meritorum cumulos con-  
 gregassent.

Frater Aegidius S. Francisci Pa- Notabile  
 tris nostri socius dicere solebat. dictum F.  
 Aegidiij.

Homi-

118 SPECVLVM ANIMAE  
Hominem in extremo iudicio redditurum rationem de gratia quam recipere neglexit. Et R. P. Ludouicus Granatensis è familia Prædicatorum, insigni pietate & eruditione Vir in libro quodam cui titulus est, Regula vite spiritualis, ait: Religiosum quilibet sub peccato mortali obligatum esse ad perfectionem quam professus est, pro viribus tendere. Quod iam secundo, in hoc opusculo repetiuimus, ut à religiosis diligentius notetur, præsertim cum ea quæ necessaria, saepius inculcanda sint.

Quare caueant sibi Religiosi negligentes, & otio dediti, & qui proxima tempore parte in exercitijs exterioribus occupantur, & animum à rebus sensibilibus ad interiora vix aut nunquam reuocant.

S. Franciscus voluit fratres suos labore manuum intendere.

Seraphicus Pater noster S. Franciscus, in regula quidem ipset ut fratres laborent, quo alijs bonum de se praæbeant exemplum, & otium malorum omnium sentinam à se propellant: sed mox insuper ne tanto tempo

## PARS PRIMA.

59

temporis spatio, aut tanta cum sollicitudine laboribus intendant, ut spiritum deuotionis & sanctæ orationis extinguant.

Quapropter et seruus Dei noue- Regula quā-  
rit quando laborare aut alijs exter- do & quo-  
nis operibus intendere debeat, hāc modo exter-  
sibi habeat regulam. Ut nunquam ad nis operibus  
opera extrinseca se det nisi ad sani- incumbe-  
tatem corporis aut animæ, sibi vel dum sit.  
alijs hoc necessarium vel conduci-  
bile fuerit, aut nisi id ei per obedi-  
entiam ab eo qui præcipere potest,  
iniungatur; sed si in schola diuini  
amoris profectū facere cupit, dies  
noctesque interioribus exercitijs  
inuigilet, amorosisque suspirijs ad  
diuini amoris vniōne aspiret. Quod  
si quis obijciat, non eas esse humanæ  
imbecillitatis vires, vt semper in-  
ternis exercitijs intenta esse queat,  
orando, meditando & contemplan-  
do: eo quod spiritus ex nimio eo-  
rum usu languescat, & corpus &  
natura tandem simul succumbant:  
Atque idcirco illos, qui nullam sibi  
requiem à talibus exercitijs conce-  
dunt,

120<sup>o</sup> SPECVLVM ANIMAE  
dunt, infirmaſi, languescere, & to-  
to corpore debilitari, propter ni-  
mis violentas anagogias & eleua-  
tiones mentis in Deum.

Affectus ad  
exteriora  
exercitia  
mortifican-  
dus.

Huic respondemus, nos iam ante  
dixisse propter vtilitatē aut necel-  
litudinem corporis aut animæ, posse  
tales aliquando in externis operi-  
bus occupari, quibus tamen necel-  
larium est, vt nimiam sollicitudi-  
nem & anxietatem animi in tali-  
bus exercitijs mortificēt ac resci-  
dant, alioqui macula foedissima se-  
ipſos aspergent, quæ maximis eos  
damnis afficiet, vehementerq; ani-  
mam proficere cupientem, impe-  
diat.

Modus eluendi maculam sollicitudini  
quoadres exteriores.

PRIMVS modus est. Regulam  
paulo ante præscriptam obſeruare,  
& non nisi necessitate vel obedien-  
tia cogente, ad similia opera acce-  
dere.

SECVNDVS est. In exercitijs  
internis multo maximam temporis  
partem

PARS PRIMA.

325

partem consumere, quae frequenti  
visu & exercitio, suavitate ac dulce-  
dine sua animam ad altiora stimu-  
lant & alliciunt: ac omnem à corde  
solicitudinem, & angorem circa ex-  
terna facile tollunt.

TERTIVS est. Quando ex ne- *Quid facien-*  
*cissitate aut obedientia exteriori-* *dam in ex-*  
*quis operibus inuigilandum est: ali-* *ercitijs ex-*  
*quid pium sibi meditandum aut teroribus.*  
contempladum proponere, ut sic  
mens in suauiori & iucundiori ex-  
ercitio occupata, odium & fastidiū  
omnium rerum externarum, tan-  
quam sibi pernitiosarum, & profe-  
ctui suo maximoperè aduersanti-  
um, concipiatur.

De Otio.

Macula XVI.

CAPUT XVII.

**Q**VI hic statis tota die otiosi? Ite &  
vos in vise omneam. Otiū quan- *Math. 20.*  
doquidem contrarium est ei vito, otium quān-  
de quo proximo capite egimus, sit pernitio-  
longē illo pernitiosius & damna- *sum.*  
bilius est: cūm exteriora exercitia,

F si ho-

122 SPECVLVM ANIMAE  
si honesta sint, & ad debitum finem  
referantur; non modò sine peccato  
fiant, sed etiam maximo cum meri-  
to cōiuncta sint: at otium omnium  
malorū origo & cauſa est: Ut enim

Ezech. 16. Ezechiel Propheta ait: *Hæc fuit ini-  
q. itas Sodoma fororis tue superbia, saturi-  
tas panis, & abundantia, & otium ipsius  
& filiarum eius.*

Quare necessariū est vt vitij hu-  
ijs, Dei seruus capitalis & acerri-  
mus hostis sit, si tentationes & la-  
queos Diaboli effugere ac superare  
cupit, qui confestim vt animā otio-  
sam viderit, accurrit, vt ei aliquid  
agendum largiatur.

*Exemplum ex Vitis SS. Patrum* Qua de re accommodatissimum  
in vitis S S. Patrum exemplum le-  
gimus: de quodam S. Patre, qui dæ-  
monem fratris alicuius cellam ali-  
quādo intrantem aliquando egre-  
dientē conspicatus, cùm ab eo quæ-  
siuisset quid ageret, reperit Dæmo-  
nem tum exiuisse quando occupa-  
tus: tum ingressum esse quādo otio-  
sus erat.

*Qualia de-* In quatuor itaque exercitijs Dei  
*seruus*

seruus omni tempore exercitabi- <sup>honestus esse</sup>  
tur. **Primū:** Conuersabitur cum spiritu Dei  
Deo per orationes, psalmódias, exercitia,  
meditationes, contemplationes, a-  
liaque pietatis ac deuotionis exer-  
citia.

**Secundò** ager cum Deo, lectioni-  
bus & studijs pijs operam dando,  
cum alijs de ijsdem conferendo,  
discendo, docendo & alios instru-  
endo.

**Tertiò** Dei amore externis exer-  
citijs insudabit, laborando, mini-  
strando, corpus castigando, & per  
dura ac aspera sibi subjiciendo, ali-  
isque præclaris virtutum exercitijs  
insistendo.

**Quartò**, corpus moderatè cibo,  
potu, dormitione ac quiete re-  
creabit ac refocillabit, vt seruire  
possit spiritui.

Sic namque rectè monet Eccle-  
siasticus. *Panis inquit & disciplina, & Eccles. 33.*  
*opus seruo: Panis quidem ut sustente-*  
*tur, disciplina ut corrigatur, opus*  
*ne otio languescat. Quemadmo-*  
*dum & asinus, cui corpus nostrum*

F 2 simile

24 SPECVLVM ANIMAE  
simile est, tribus eget: Paleis ne fa-  
me enecetur; onore ne otio nimio  
lasciuus efficiatur, fuste ne pigre-  
cat, aut extra semitam digrediz-  
tur.

*Modus eluendi maculam otū.*

PRIMVS modus erit: Omnes  
vires ad hoc conferre, quo nos  
metipsos per salutarem violētiam  
ad alicuius prædictorum quatuor  
operum exercitationem constringamus:  
speciatim ut precibus, me-  
ditationibus, psalmorumq; lectio-  
ni incumbamus.

*M*ermino  
*tempore*  
*proponendū*  
*quid toto*  
*die acturi*  
*sumus.*

*O*ptimum  
*confitum*  
*prosperan-*  
*do otio.*

SECUNDVS est: Matutino  
tempore specialiter proponere,  
quid eo die facturi simus, cum fir-  
mo ac deliberato animo illa DEI  
amore perficiendi, diuinumque ad  
hoc auxiliū implorare, ut ista me-  
liori, quo fieri potest modo, pera-  
gamus.

TERTIVS: si prædicta nihil in-  
uerint, sed eadem negligentia &  
otiositas permanferit: assumere  
nobis aliquem in magistrum &c du-  
cem

PARS PRIMA.

125

em vitæ nostræ, curas ne si aplice  
cum obedientia submittamus ac in  
omnibus obtemperemus: qui con-  
tinuas nobis occupationes sugge-  
rat, cum quod omnibus quæ salu-  
tem nostram promouere possint,  
atq; ad profectum excitare, sèpif-  
simè conferamus ac sermones ha-  
beamus, vt sic perniciosissimum o-  
tiositatis malum à nobis excluda-  
mus.

QVARTVS modus est: recrea- *Fugienda*  
tiones, iocos, risus, colloquia inu- *recreatio-*  
tilia, aliasq; ineptas societates de- *nes.*  
nitare, ac toto pectore fugere.

*De tædio.*

MACULA XVII.

CAPVT XVIII.

Tadet animam meam vita mea. Tæ- Job 10.  
dium est melancholia quædam  
obsidens hominem, cuius tamen  
causam & originem ignorat: quæ Lædium  
ipsum in omni opere fastidio re- quam fin-  
plet, inquietumque ac intolerabi- nocium.  
lem sibi ipsi efficit. Estq; macula de-  
formis admodum in anima quam

F 3 posse

126 SPECVLVM ANIMAE  
possederit, ac multis eam detrimen-  
tis afficit, eximijsque bonis priuat.

Atque idcirco necessarium est,  
ut quisquis in semita Dei profectus  
ardet desiderio, in extirpanda &  
tollenda omnem industriam adhi-  
beat. Sed obijciat hic aliquis. Vitam  
sanctorum plenam videri melan-  
choliæ & tristitiæ, quandoquidem  
videtur semper esse cogitabundi,  
taciti, quieti, quasi magnas curas &  
solicitudines animo voluerent.

Serui Dei-  
foris quidē  
tristes appa-  
rent, intus  
verò gaudio  
pleni sunt.

Quibus ego contrarium affirmo:  
non inteniri homines lætiores, ho-  
minibus verè spiritualibus: nec ul-  
los inimiciores esse tristitiæ quam  
veros Dei seruos & amicos, qui  
quamuis foris videantur tristes, in-  
tus tamen iubilo & exultatione  
pleni sunt; atque hoc est verum gau-  
dium: Quod autem quietis & silen-  
tij amantes sunt, hoc accedit ob in-  
ternarum consolationum, quas ex  
contemplatione percipiunt, dulce-  
dinem & affluentiam: quod raro idq;  
parcissime loquantur, id inde pro-  
ficiuntur, quia viuunt semper sicut  
oui-

uiculæ, ruminantes & digerentes  
cibum quem legendo aut auscul-  
do manducarunt.

Deniq; nullū est gaudiū quod ve-  
lorum seruorum DEI gāudio vlla ex  
parte conferri aut æquiparari pos-  
sit, quapropter omnem vanam læ-  
titiam & mundana gaudia fastidi-  
unt & contemnunt. Quæ contra  
mundi amatores obuijs vlnis am-  
pleteuntur. Risus enim abundat in  
ore stultorū. Ac proinde proficere  
desideranti, nimia lætitia mortifi-  
canda & extirpanda est.

Gaudium  
seruorum  
Dei omne  
mundi gau-  
dium supe-  
rat.

*Modus eluendi maculam tædiū.*

PRIMVS modus est. Disquirere Tædium a-  
num tædiū hoc ex humorū in liquando  
corpore commotorum abundantia curatur me-  
proteniat, tum enim naturales me- dicinis natu-  
ræ medelam ei adferent, an ralibim.  
verò ex vitio & prava consuetudi-  
ne facilè irascendi.

SECVNDVM remedium est. Si Tædium hu-  
ex facili ad iram pronitate existat, militate &  
seipsum vincere, & iræ violentiam mansuetudi-  
facere, seque ad mansuetudinem ne vincitur.

F 4 eogere,

128 SPECVLVM ANIMAE  
cogere, ac in h[ab]ilitate ac mititate  
adipiscenda præcipuam diligentia  
collecere.

Gaudium  
gaudiosum  
paratur.

TERTIVM remedium est.  
Gaudere semper in Domino, ora-  
ndo, meditando, psalmos decantan-  
do, & contemplationibus infisen-  
do.

De contentione, Macula XVIII.  
CAPVT XIX.

2. Tim. 2.

Seruum Domini non oparetur litigare: ait  
S. Paulus. Insigne vitium & ad-  
modum deformis labes in anima,  
quam infecerit, est contentio, qua  
vinculis duris constrictam tener,  
ne viam perfectionis perambulare  
possit.

Sunt namq[ue] nonnulli inter illos  
etiam, qui spirituales videri volūt,  
pleni spiritu contradictionis, qui-  
bus in omni colloquio, quamvis de  
rebus bonis & indifferentibus ser-  
mo sit, delectabile est contendere,  
quod sine superbia nota vix fieri  
potest, quoniam alios despiciunt  
habent, ac cæteris plus sapere, su-  
amque

amque opinionem præualere volunt, quamvis omnem culpam à se remouere contendant, dicentes se hoc facere studio inuestigandæ veritatis. Quæ excusatio tunc locum haberet, quād de rebus magnis & grauibus quæstio est, verū de rebus nihili aut minimi momenti disputare, quid vtilitatis ad fert? Et quando semel modestè tuam in re proposita declarasti sententiam, vuid iuuat verba multiplicare & in quentum seminar?

Itaq; si profectus desiderio tene- consilium  
ris, vtilissimum hoc quod tibi dabo, optimum.  
amplectere consilium: Fuge, quoad  
fieri potest, disputationes & litigia:  
*Audi tacens, & pro reuerentia accedat ubi bona gratia:* sic enim docet Sapiens:  
& sic facere debet quisquis præsens  
est vbi de rebus bonis & vtilibus  
sermo habetur.

Quinetiam alterum quod adjici-  
am sequere consilium: Quotiescun-  
que colloquijs vanis & inutilib-  
te interesse contigerit abscede: aut si  
te necessitas ad manendum cōstrin-

F 5 git,

130 SPECVLVM ANIMAE  
git, illa per vnlis alicuius materia,  
cū singulari modestia & dexteritate,  
introductionē, præcidere stude.  
*Tim. 2.*  
Stultas autē & sine disciplina quæstiones  
deuita, vt S. Paulus ad Timotheum  
scribens monet. Denique ne multis:  
si proficiēdi audis es, omnibus  
assentire, omnibus adhære, omnibus  
condescende, omniū sententiæ sub-  
scribe, quando parum interest vi-  
ctorne sis an subiaceas: Attamen cū  
eo loco fueris vt tibi necessariò ve-  
ritas contra inimicos fidei, vel mo-  
rum defendenda sit: tum non modò  
tacendum non est, sed etiam acerri-  
mè & audacissimè disputandum,  
imò vita etiam si opus fuerit pro-  
fundenda.

Veritas fi.  
dei acriter  
defendenda  
est.

Cum Christianis verò si tibi res  
fuerit, explica primū tuān opin-  
ionem debita cum modestia; & si nā  
postea contendere illos qui volent,  
tu verò tuā ipsius saluti inuigilasi  
tuo sermone alijs prodeſſe nequis.

Modus eluendi maculam con-  
tentioñ.

PREF

PARS PRIMA. 131

PRIMVS modus contentione  
mortificandi est; Societas fugere,  
speciatim eorum quos ad litigandū  
& disputandum pronus nouisti.

SECVNDVS est: Pauca loqui,  
eaque non nisi necessaria, ne aliquid  
proferas ex quo aliis occasionem  
capiat longam aliquam disputatio-  
nem instituēdi, & verba tua in quæ-  
stionem vocandi.

TERTIVS humilē & mansuetū  
esse erga omnes: crucifixi IESVS  
imaginem semper mente circum-  
ferre, quia cogitationibus sic oceu-  
patis, non aduertes quid alij dicant,  
& occasionses litigandi vitabis.

De iudicij temerarijs,

Macula XI X.

CAPVT XX.

NOLITE iudicare & non iudicabim-  
i, ait Christus. verbis explica-  
ri non potest, quantis damnis ani-  
mam ad perfectionem tendentem,  
afficiat, aliorum facta temere iudi-  
care.

Luc. 6.

Iudicium

temerarium

maxime no-

cium.

Insignis certè impudentiae & te-

F 6 meri-

82 SPECVLVM ANIMAE.  
mentitatis est, yelle aliorum se iudicem constituere: aliorum facta, non tantum mali speciem gerentia, verum etiam bona in crimen vocare, ac in malam partem interpretari: atq; interea semetipsum negligere nec conscientiae propriae multis sclerum maculis contaminatae libru euoluere.

Nihil ita pernitosum est quodque mentem magis distrahat, quam reinerarium hoc iudicium, atque ideo sancti, qui in spirituali semita magnos indies profectus feceret: totis viribus in hoc incumbebant, ut omnia candidè interpretarentur atque in bonam partem traherent: Imò quāuis aliquid manifestè malum conspexissent, nitebantur seipso fallere, sibiique persuadere, diversa esse facta eorum ab his quæ foris cernerent vel audirent.

Hinc legitur de quodam è nostra familia præcipuae sanctitatis viro, quod in visione quadā oculis splendidissimis & scintillantibus visus fuerit: quem cum is qui visionem vide-

Exemplum  
de temera-  
rijs iudicijs  
fugientiis.

PARS PRIMA.

videbat, huius splendoris causam  
interrogasset, respondit; hanc suis  
oculis claritatem idcirco donatam,  
quod specialem gratiam, omnia quae  
vidisset in optimam partem inter-  
pretandi, in hac vita habuisset.

*Modus maculam temerarii  
iudicij cluendi.*

PRIMVS modus hanc maculam  
delendi est; ut statim postquam ad-  
uerteris te male de alio suspicari,  
aut iudicare, tuam conscientiam in-  
grediaris, ac temetipsum hac B.  
Pauli Apostoli sententia reprehen-  
das. *O homo tu quis es qui iudicas alienum Rom. 2.*  
*sernum? in quo alterum iudicas te ipsum*  
*condemnas: sicque in temetipsum malum Iudicia te-*  
*hoc, de quo alium iudicare volebas, meraria*  
*retoqueas; te arguas, & accuses tam quomodo*  
*quam peccatorem, & veniam opere tollantur.*  
que à Deo postules.

SECUNDVS modus est: Ut vi-  
sum & auditum præcipuas portas per  
quas inimicus hic in animam ingre-  
ditur quam diligentissime custodias.

TERTIVS modus est. Ut confe-

134 SPECVLVM ANIMAE  
stlm tibi proponas sententiam &  
comminationem Christi dicentis.  
*In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini.*  
Quod si feceris, anima tua insignem  
in amore Dei & proximi progressu  
faciet, & maledictum Dæmonem,  
bonorum operum hostem acerri-  
num, pedibus tuis subiicies.

Matth. 7.

*De nimia confidentia,*  
*Macula X.*

CAPVT XXI.

Luc. 17.  
Opera no-  
stra nulla  
sunt.

Isaie 4.

Gratia &c. 6.  
per a necessa-  
rias sunt ad  
salutem.

CVM omnia feceritis, dicate quia servi  
inutilis sumus, ait Dominus. Ope-  
ra nostra usque adeò infirma & lan-  
guida sunt, ut quamvis omnia toti-  
us mundi opera faceremus, propte-  
re a tamen vel in superbiam extolli,  
vel nimis de nobis confidere non  
deberemus, cùm omnes iustitiae nostre  
vti ait Isaias Propheta, sint tanquam  
pannus menstruatae. Vanus est itaq; qui  
fiduciam habet in operibus suis.

Quod ut planius fiat, notandum: Ad  
salutem duo nobis necessaria esse:  
gratiam diuinam & opera bona. Sine  
me nihil potestis facere, ait Dominus.

Vides

PARS PRIMA. 135

Vides necessariam esse gratiam. Iam  
verò ut D. Augustinus ait: Qui fecit  
te sine te, non saluabit te sine te, hoc  
est, sine cooperatione liberi arbitrij  
tui, & operum bonorum exercita-  
tione: Animaduertis nunc opera pa-  
riter esse necessaria. Ex his duobus.  
autem gratia principalior est, quæ  
ad profectum nostrum atque salu-  
tem cum primis requiritur, sine qua  
iuxta legem à Deo constitutam, sal-  
uari, aut bonum aliquod opus æter-  
næ vitæ meritorum efficere nemo  
potest.

Quod si ita est, vti reuera est, cur  
queso tam arrogantes tibi, ô homo,  
spiritus assumis, vt in tuis operibus  
confidere ausis, cùm ex teipso nihil  
boni operari valeas: præsertim cùm  
& opera tua in seipsis nulla sint, to-  
taq; illorum vis à diuina gratia exi-  
stat: *Quid enim, vt ait Apostolus, ha-  
bes, ô homo, quod non accepisti? si autem  
accepisti, quid gloriaris quasi nō accepisti?*

*I. Cor. 4.*

Semper itaque bonis operibus  
insiste, & Deo gratias age, & spera  
ipsum misericordiam suam à te mi-  
nimè

136 SPECVLVM ANIMAE  
nimē subtractus: In illo solo om-  
nem spem & fiduciam tuam collo-  
ca, illum extolle, laudando & mag-  
nificando immensam illius miseri-  
cordiam, & teipsum humiliando,  
deprimendo, & omnium hominum  
vilissimum, imò creaturarum om-  
nium infimum æstimando. Hæc est  
semita in præsenti vita ad perfectio-  
nem tendendi, in futura verò com-  
prehendendi, quando solutis cor-  
poris vinculis ad supernas heatorū  
sedes euolabis, vt ibi gaudeas &  
perfruaris creatore & Deo tuo, qui  
nunc misericordia sua erga te vti-  
tur, dum plurimis te fauoribus &  
gratijs ornat, & tunc semetipsum  
tibi in præmium largietur.

Laudibus itaq; amplissimis hanc  
eius clementiā celebrando dic cum  
*Propheta. Misericordias Domini in eter-  
num cantabo. In generatione & genera-  
tionem annunciabo veritatem eius in ore  
meo. Benedicam Dominum in omni tem-  
pore, semper laus eius in ore meo.*

Modus

*Psalter. 88.*

*Psalm. 33.*

PARS PRIMA. 37

Modus eluendi maculam, nimia  
confidentia.

PRIMVS modus est : Confide-  
tare quid sis, & quid sint opera tua, <sup>Opera que</sup>  
cum sanctorum operibus, que vel <sup>agimus no-</sup>  
egerunt, vel amici Dei adhuc in mun- <sup>strano esse</sup>  
do degentes, agunt, collata. <sup>sed Dei.</sup>

SECVNDVS est, Cogitare illud <sup>2. Cor. 3.</sup>  
etiam modicū quod agis tuum non <sup>Seruus Dei</sup>  
esse, sed Dei sine quo nihil agere po- <sup>de operibus</sup>  
tes. Non enim sumus sufficientes cogitare <sup>suis loqui</sup>  
aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficien- <sup>non debet.</sup>  
tia nostra ex Deo est.

TERTIVS est : ut nunquam de  
operibus tuis loquaris, nec ad ea  
consideranda te conuertas, nec illis  
qui ea laudant aures faciles præbe-  
as, immò à te laudantibus, tanquam à  
Dæmone fugias.

De pusillanimitate,  
Macula XXI.

CAPUT XXII.

MODICAE fidei quare dubitas?  
Ex diametro vitium pusillani-  
tatis repugnat superiori, nec illo  
minus

**SPECVLVM ANIMAE**

minus esse Existimandum est. Et enim illi qui de scipis nimium confidunt, se quidem extollunt, ac maiorem quam deberent, de suis ope-

**Pusillanimes** ribus opinionem habent: Hi verò in diuinā mag-

sua cogitatione diuinam magnitudinem & misericordiam imminu-

imminuunt.

unt: Illi totam ferè spem in operibus suis collocat, hi adeò vix ullam,

ut penè diuinæ gratiæ iniuriam faciant.

**Ad opem**  
**diuinam, nō**  
**ad opera**  
**nostra respi-**  
**ciendum no-**  
**bis esse.**

**Philip. 4.**

**Rom. 9.**

Quemadmodum superiori capite diximus, ad præclara & vita

æternæ meritoria opera efficienda

simul concurrunt; Deus tanquam

principalis author, & liberum no-

strum arbitrium cum operibus. Iam

si vires nostras tantummodo me-

suremus, nihil sumus aut possumus:

at si diuinam opem respiciamus,

omnia possumus: quemadmodum

S.Paulus ait. *Omnis possum in eo qui me confortat: Qui etiam alibi dicit. Non*

*volētis, neq; currētis, sed miserētis est Dei.*

Quando igitur te ipsum consideras, tuisque viribus equa lance ponderas, te in spirituali semita, qua

admo-

PARS PRIMA. 139

admodum ardua & laboriosa est,  
progredi posse diffidis, reminiscere  
quod hoc tuis tantum modò viribus  
effecturus non sis, sed Dei qui prin-  
cipaliter hoc agit. Quod de temet-  
ipso qui vilissimus & nihil es, diffi-  
dis, benè ac laudabiliter agis, sed  
quod in Deo qui omnia potest fidu-  
ciam non constituas, hoc repræhen-  
sione non caret.

Necessarium itaque est profe-  
ctum facere volenti, ut de se qui-  
dem atque operibus suis diffidat:  
sed laborando pro viribus confidat  
in Deo, atq; spe de illo cōcepta ani-  
mum fortem grandia operandi, &  
ad altissimum perfectionis apicem,  
diuino cum adiutorio pertingendi  
assumat.

O quām ingentia damna secū ad-  
ducit hæc pusilliimitas: O quanto-  
rum nobis bonorum caufa est con-  
fidentia in Deum. Deus enim Pater *Deus tanū*  
*noster benignissimus tantum nobis nobis donat,*  
donat, quantum in eo confidimus: *quantum in*  
*qui magna confidentia prædictus eo confidi-*  
*est, magna & ingentia à diuina ma-*  
*mus.*  
iestate

14 SPECVLVM ANIMAE  
iestate impetrat. Et certe quomodo  
Sancti tam præclara opera, & stu-  
penda miracula edere potuissent,  
nisi singulari in Deum fiducia, qua-  
se quidlibet etiam fbtenturos spe-  
rabant, ornati fuissent?

*confidentia  
recta hono-  
rat Deum.*

*Animus ex-  
celsus pluri-  
mum condu-  
cit ad per-  
fectionis ad-  
optionem.*

*Luc. I.*

Qui maiorem in Deum habet co-  
fidentiam, ampliori eum honore  
afficit. Pusillanimis inhonorat De-  
um, dum eum non agnoscit, nec quā  
deberet, de illius pietate, opinionē  
habet, neque in eius auxilio, vñ  
oportuerat, spem suam reponit.

Quapropter quisquis es, qui ad  
aliquem perfectionis gradum per-  
tingere desideras: excelsum & ge-  
nero sum animum assume, & omni  
spe tua in Deo, qui potest & vult i-  
bi opitulari, constituta, immobilis  
& firmus permane in cœptis tuis:  
nec à pusillanimitate quoquis modo  
abstrahi vel præpediri te patiaris,  
vt dicas, non potero perseverare:  
sed constans & stabilis esto, & con-  
fide in Deo, cui non est impossibile omni-  
verbum. Et si dum tuas vires expen-  
dis, à spe omnino destitueris: hac  
confi-

PARS PRIMA. 41

consideratione animum vacillan-  
tem erige, quod cum Dei viribus &  
ope omnia tibi erunt facilissima: In- *Math. ii.*  
gum enim meum, ut Christus ait, *sicut  
est, & unus meum tu es.*

Maxime vero caue ne retrorsum *Retro in via*  
redeas, nec tantum ut non redeas: *Dei reden-*  
sed ut reuerti retro ne cogites qui- *dum non est.*  
dem, quia *nemo mittens manum ad cra-* *Luc. 9.*

*trum & afficiens retro aptus est regno*  
*Dei. Vxor Loth mox ut retro aspe-* *Genes. 19.*

*xit, conuersa est in statuam salis &*  
*naturam commutauit. Ita & tu si*  
*retrorsum conuersus fueris, immu-*  
*taberis & alius eris ab eo qui ante*  
*fuisti, viribusque, & voluntate pri-*  
*uaberis.*

Cum itaque tanti intersit, ne pu- *Ad perfe-*  
fillanimitati manus demus, iisdem *etionis con-*  
hic verbis omnes qui Deo in verita- *secutionem*  
te & corde perfecto seruire deside- *necessarium*  
rant, adhortabor, quibus S. Paulus *est in bonis*  
*Corinthios monet, cum ait, Itaque immobil: m*  
*fratres mei dilecti stabiles estote & im-* *eff:.*  
*mobiles, abundantes in opere Domini sem-* *I. Cor. 15.*  
*per, scientes quod labor vester non est ina-*  
*mis in Domino.*

Quæ

c

142. SPECULVM ANIMAE

Quæ verba identidem repetam  
& inculcabo, quia admonitio hæc  
magni ponderis, & multæ conside-  
rationis est: Quandoquidem multi  
in hoc mari pusilliq[ue] uinitatis sub-  
merguntur, atq[ue] ad scopulum hunc  
alliduntur, & difficultate viæ per-  
terfacti animum abiiciunt, sicque  
vel retrorsum reuertuntur, vel om-  
nino subsistunt, aut lente admodum  
procedunt.

Et ne pluribus: notet diligenter  
monitionem hanc quisquis delibe-  
rato animo statuit seruire I E S V  
Christo, benignissimo, nostri aman-  
tissimo, atq[ue] ad succurrentum, om-  
nibus in se confidentibus, potentissi-  
mo & paratiissimo.

O bone I E S V auxiliare nobis,  
nec patere ut in hoc scopulo nau-  
fragium patiamur, aut in mari hoc  
tempestuoso submergamur: manu  
tuam opitulatricem nobis porrige.  
Adiuua nos bone I E S V: Succurre  
nobis I E S V amantissime Pater no-  
ster. Recordare te nostrum, & nos  
tuos esse: Tu es Pater noster & nos

fili

PARS PRIMA. 143

filij tui, vt dicere possumus cū Propheta. *Quomodo miseretur Pater filio-* Psalm. 102.  
*rum, misertus est Dominus timentibus se:*  
*quoniam ipse cognovit figmentum no-*  
*strum, recordatus est quoniam puluis su-*  
*mus.*

Tu Domine es ipsa bonitas, in nobis verò dominatur iniquitas & malitia: Tu es summum bonum, nos puluis, cinis, & lutum. Tu es omnia, nos verò nihil. Manus tua nos fecit, manus tua nos sustentat, & manus tua, vti piè confidimus, nobis in hac vita gratiam & perfectionem, in futura verò totius perfectionis abolitionem, & omne bonum, nullis unquam fæculis finem habiturum, largietur. Amen.

*Deus est  
omnia, nos  
verò nihil.*

*Modus eluendi maculam pu-*  
*fillanimitatis.*

PRIMVS modus pusillanimitatem fugandi est: Considerare summa maiestatem & omnipotētiam Dei Patris nostri.

SECVNDVS est: Sacras literas, & Sanctorum qui nos præcesserunt,   
vitas

144. SPECULVM ANIMAS  
vitas inspicere & cōsiderare, quo-  
modo Deus semper illis, qui deli-  
berati fuerunt illi seruire, eumque  
super omnia diligere, auxilio fue-  
rit: ac secum cogitare, non esse ab-  
breuiatam manum Domini, ipsum-  
que esse eundem Deum misericor-  
diae, qui semper fuit, uti S. Paulus  
testatur, IESVS Christus heri, & hodie,  
qui & in secula.

Hebr. 13.

TERTIVS est: Animū sibi ad-  
dere, p̄mij & amoris, quo Domi-  
nus nos complectitur, proposicio-  
ne, hoc pacto nosmetip̄sos allo-  
quendo. Noli terreri atque exani-  
mari anima mea: assume vircs &  
gaudens iter cœptum prosequere:  
**Premij con-** Conuerte oculos ad ingentia illa  
**fides** bona quæ tibi Deus p̄parauit; at-  
**zeli & pusilla-** tende amorem illum, quo Domi-  
**nus te complectitur**, qui tam im-  
mensus est, vt de ipsius auxilio du-  
bitare nequeas, imò certissima &  
securissima sis, eum pro sua cle-  
mencia, opem tibi etiam immerita,  
nunquam denegaturum. Viriliter  
igitur age, & confortetur cor tuum,

qua

PARS PRIMA. 145

quia res tua agitur: Noli metuere, aut negligenter agere, sed forti & constanti animo, in cœpto itinere persiste, ac cogita si non procedas, quod tibi ipsi nescitura sis: Et certè cui proderis, si te ipsum negligis? Ergo ne tui cura abiecta, ad præfens exitium festinabis? Ergo ne patieris ut hostes te interimat, nec cum possis, te contra eorum infidias & motiones tutaberis?

Miserum te, si hoc oscitâter agis: vide ne tibi ipsi desis, quia Deus tibi opitulatur: En I E S V S Christus protest, & non solum te adiuuare paratus est, sed etiam rogat, ut te ab ipso iuuari sustineas: imò de tua rebellione cōqueritur: *Quoties*, inquit, *sicut gallina congregat pullos*; *volui congregare te sub alas*, & noluisti. Et rursum. *Ego sto ad ostium & pulsio*. Confide igitur anima mea in Deo, & pensa quod nullus speravit in Domino & Eccles. 2. confusus est.

Matth. 23.

Apoc. 3.

Misera: nunquid non cernis quis I E S V S te præstoletur? An vocem amantis- Christus ve- simi sponsi tui, suauibus his sermo- cat animam nibus

G

146 SPECIUM ANIMAE  
nibus te inuitantis non aduertis  
Surge pro persona mea, columba mea &  
veni: iam enim horrifica hyems labo-  
rum, & aduersitatū pertransiit, diffi-  
culta & asperitas viæ omnino sub-  
lata est: semita morte & passione  
mea complanata & facilis facta est:  
Transferunt imbreis tribulationum,  
quæ te pusillanimem & angusti ani-  
mi reddebat: veni igitur anima, spo-  
sa mea, amica mea, columba mea, celesti  
mea.

CANT. 2.

CANT. 2.

CANT. 2.

In foraminibus petræ, in cæuerna mi-  
ceriæ. Veni & omnem à te propelle  
timorem, quia ego tibi præparau-  
latebras, in quibus abscondaris, quan-  
do inimici tibi molesti esse, aut iter-  
tuum impedire parant.

O anima erige oculos ad IESVM  
cruci affixum, aspice sanctissimu-  
manum ac pedum vulnera, haec  
sunt foramina petræ: contempla  
porro, sacratissimum latus eius lan-  
cea perfossum, hoc est cæuernæ ma-  
ceriæ in qua abscondaris. Plaga ma-  
num ac pedū sunt loca tutissima  
ad quæ, dum inimici te tentatione

Vulnera  
Christi sunt  
anima pu-

PARS PRIMA. 147

bus & persecutionibus exigitant, sillonimi tu-  
perfugium habeas: speciatim quan- tūn refu-  
do pusillanimitate tentaris: tunc gium.  
ingredere sanctissimas has vulne-  
ruim cauernas, atque in illis requies-  
cendo, conuerte te vndique ad sa-  
cratissima illa viscera, & pretiosissi-  
mo sanguine Christi te totam per-  
fundē & ablue, sic namque subitō  
renouabitur ut aquile iuuentus tua, & e- Psalm. 102.  
liminato timore, ex formidolosa  
efficeris fortissima & robustissi-  
ma: & quod superest viæ velociter  
conficies. I E S U S tecum sit in sa-  
cula sæculorum. Amen.

De metu nimio, & inordinato  
pœnarum & spectrorum.

Macula XXII.

CAPUT XXIII.

QVAE prius nolebat tangere anima Iob. 6.  
mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.

Ex pusillanimitate, de qua præ-  
cedenti capite diximus: nascitur in  
anima ingens metus Dæmonum,  
spectrorum & omnium minimarū  
corporis molestiarum, ut sunt fri-

G 2 gus,

148 SPECVLVM ANIMAE  
gus, calor, aliaq; incommoda: atq;  
sic dum anima nimio plus compa-  
titur corpori, natura sua ad bonum  
tardo, & ad malum proclivi, ab iti-  
nere suo, non sine maximo suo de-  
trimento retardatur. Verū ne longa  
oratione circa huius vitij damna  
explicanda lectori molestiam exhi-  
beamus: cùm ex his quæ iam dicta  
sunt, satis pateat quām nocium sit:  
hic tantum modum quo vitio huic  
medela adhibenda, subiiciemus.

*Modus eluendi maculam timoris.*

**T**imor Dæ-  
monum vt  
tollatur. PRIMVS modus, timorem Dr-  
monum & spectrorū apparentium  
superandi est: vt spēctris siue spiri-  
tibus apparētibus, immobilis per-  
maneas, nec locū per turpem fugā  
relinquas, sed tibi per inuocatio-  
nem nominis IE S V, Crucis forma-  
tionem auxiliq; S. Angeli custodis  
implorationem animum addas: te-  
cumq; cogites, Dæmonem amplius  
quām Deus permittat, nocere non  
posse.

**T**imor mo-  
lestiarum SECUNDVS modus, timorem  
incommodorum corporalium pro-  
figandi

PARS PRIMA.

149

fligandi est: ut ea quæ maximè me- corporalium  
tuis, amplectaris & in opus confe- ut vincatur.  
ras: ut exempli causa: si horres ieu-  
nia, tu per inediam corpus macera:  
si times cilicia, neorū vñtu teneram  
carnē afflige: si horres disciplinas,  
tu crebris flagellorū ictibus te con-  
cide: si metuis confusiones & humili-  
lationes, tu eas quære, & præsentes  
animo gaudenti ac placido suscipe,  
salutaremque tibi violentiam faci-  
to: similiter de alijs.

TER T I V S est: Cōsiderare sem-  
piterna inferni tormenta, quæ cor-  
poralibus his molestijs & afflictio-  
nibus longè grauiora & acerbiora  
sunt, vtpote quæ præter crucia-  
tuum immanitatem, coniunctam  
habent æternitatem.

De Multiloquio, Macula XXIII..

CAPVT XXIIII.

**S**i quis verbo non offendit hic perfectus Jacob. 3.  
est vir. Claves perfectionis sunt, Solitudinis  
silentium, solitudo & oratio. Ducam bona.  
eam, inquit Propheta, in solitudinem, Osee 2.  
vir loquar ad cor eius. Et Psalmista. Vir Psalm. 139.  
linguosus non dirigetur in terra.

G 3

Fieri

150 SPECULVM ANIMAE

Homo le-  
quax diffi-  
cultur pro-  
ficit.

Aecles. 4.

Optimum &  
peſſimum eſt

Proverb. 10.

Fieri enim ſion potest, vt homo  
loquax & garrulus ad perfectio-  
nem pertingat : quod intelligen-  
dum eſt de illis, qui colloquijs va-  
nis, inutilibus, mūratorijs, & fi-  
milibus delectantur ; non de illis,  
qui vel sermones ad populum ha-  
bent, qui alios docent aut monent,  
qui Deum laudant, aut ad proximi  
vtilitatem loquuntur, quia tum lo-  
qua non modo vitij non eſt, ſed  
virtutis & necessitatis. Quia non rei-  
uet verbum in tempore ſalutis.

Qui huic garrulitatis vitio af-  
finis eſt, laboret quātum potest lin-  
guam ſuam coērcere, alioqui mul-  
torum bonorum iacturam faciet, &  
maximis detrimētis animam ſuam  
afficiet : Aesopus cūm aliquando ad  
macellū miſſus eſſet ut optimas in-  
de carnes coēmeret, linguas emi-  
de. Idem verò cūm iuberetur peſſimas  
carnes adferre, ſimiliter linguas at-  
tulit, hoc facto ſignificans, linguam  
eſſe omnium rerum optimam &  
peſſimam.

In multiloquio non deerit peccatum, aut  
Sapiens,

PARS PRIMA. MI

Sapiens, & perungato prouerbio dicitur: Eum qui multa loquitur, sæpe decipi. Et ne pluribus: nascuntur ex multiloquio mala ingentia, atque idcirco ostio oris firmam custodiā apponere necessariū est. Prophetā cùm se suis viribus hoc assēqui posse diffideret, à Deo petebat, ut os suum diligentī custodia sepiret, cùm ait. Pone Domine custodiā ori *Psalm. 149.*  
*meo, & ostium circumstantiae labijs meis:*  
Ut enim S. Iacobus ait: Omnis natura *Iacob. 3.*  
*bestiarum, & volu. rum, & serpentum, &*  
*cæterorum domantur, & domita sunt à*  
*natura humana: linguam autem nullus ho-*  
*winum domare potest.*

*Modus mortificandi linguam.*

PRIMVS & principalis modus est: Petere à Deo ut illam custodiat, & semper in ore prædictam Psalmistæ, aut aliam similem Sacræ Scripturæ sententiam, circumferre.

SECUNDVS: Singulari studio linguam coercere, vimque naturæ, quantum fieri potest, inferre.

TERTIVS: Hominium commercia

G 4

mercia

162 SPBCVLVM ANIMAE  
mercia & societates deuitare.

QVARTVS : Sanctis orationibus & meditationibus assiduo intendere.

QVINTVS : Signo aliquo ex trinco de linguae coercitione se ipsum monere ; ut lapidis in ore gestatione , aut alicuius alterius rei vñ , quia quando Dominus animum hominis deliberatū videt , dat velle , & perficere pro bona voluntate.

SEXTVS : Linguam in diuinis laudibus occupare , vt consuetudinem suam mutare discat.

### De Scrupulofitate, Macula XXIV

#### CAPVT XXV.

DEBEMVS autem nos firmiores, imbecillitatis infirmorum sustinere, ait Apostolus.

Digni commiseratione sunt non nulli, qui conscientiam suam nec ingenti de peccatis dolore , nec frequenti confessione , nec pœnitentia operibus quæ exercent , quietam reddere possunt , sed semper sunt timidi, inquieti , & pauidi conscientiam

Rom. 15.  
Scrupuli  
quam sint  
notitiæ.

PARS PRIMA. 153

tiam habentes anxiām , turbulen-  
tam & formidine plenam.

Hi quamuis sēpē confiteantur,  
plurimisque scrupulis diuexentur,  
nihilominus illos defectus quos  
contra hos scrupulos admittunt,  
emendare totis viribus non enitun-  
tur: frequenter etiam peccata putat  
esse, quæ in se peccata nō sunt: adeo-  
que vitam viuunt miserrimam &  
infoelicissimam, molesti sibi metip-  
sis, molesti Confessarijs, & molesti  
denique omnibus illis, ad quos tota  
die consilij causa accurruunt: cum-  
que à diuersis multa sana illis sug-  
gerantur consilia, nullis tamen ac-  
quiescunt, sed suo duntaxat iudicio  
pertinaciter inhārent, ac peiores  
seipsis indies efficiuntur.

A duobus fontibus scrupulositas *Scrupuli*  
hæc ortum habet: Ab amore inor- *vnde ortu-*  
dinato, quo scrupulosi seipsoſ dili- *habeant.*  
gunt: & ab exiguo amore quo De-  
um complectuntur.

Amant scrupulosi seipsoſ, quia *nascuntur* &  
timent damnari, atque hoc timore *nimio suij*  
*stimulati*, Dei & Ecclesiæ præcepta *suis amore.*

G S seruant,

154 SPECVLVM ANIMAE  
seruant, eleemosynisq[ue] faciendis,  
& orationibus cōcipiendis incum-  
bunt: Et quamvis existiment se ea  
propter Dei amorem agere, falsò  
tamen id sibi persuadent, quia vera  
causa qua permouentur est timor  
quo impelluntur: Quantoque plus  
amant seipso[s], tanto timor Iudicij,  
mortis & inferni maior in eis est.

*Scrupuli ex  
modico Dei  
amore præ-  
ficiuntur.* Secundus fons vnde promanant  
scrupuli est, perexiguus amor quo  
scrupulosi erga Deum flagrant: &  
idcirco tanquam infideles serui Do-  
minum suum semper timent ac me-  
tuunt: Idem enim usu venit in ani-  
ma, quod in muliere impudica &  
adultera, quæ fidem maritalem vio-  
lavit, hæc in continuo metu mariti-  
su[m] versatur: cùm è cōtrario illa quæ  
maritum diligit, fideique maritalis  
fida custos est, nihil metuat. Ita &  
anima quæ Deum veraciter diligit,  
totam se in illum proiec[t]it: in illo so-  
lo spem & fiduciam suam collocat,  
omnemque à se timorem inordina-  
tum excludit. Et ne multis: Mo-  
dicus amor exiguum præbet confi-  
dentiam,

PARS PRIMA.

dentiam, contra vero præcipuus  
amor, præcipuam præstat fiduciam:  
Amor namq; diuinus vnicus est, qui  
in anima spem & fiduciam de misericordia, bonitate & liberalitate il-  
lius adauget.

*Modus tollendi scrupulos.*

PRIMVS modus est. Præcipuum *Confidentia*  
studium adhibere, ut spem & fidu- in Deum ra-  
ciam erga Deum in nobis adaugea- medium op-  
mus: neque enim quicquam ani- timū contra  
mæ ad perfectionem anhelati adeò scrupulos.  
necessarium est, quam singularis in  
Deo fiducia. O sancta spes. O beata  
confidentia. Beatus qui tibi locum  
in corde suo præparat: quandoqui-  
dem cum quadam spiritus liberta-  
te, scrupulis omnibus eliminatis,  
lætus & gaudens Domino famula-  
tur: nec quicquam eorum quæ po-  
test, aut ad quæ agenda obligatus  
est, omittit.

SECUNDVS modus est. Con-  
fessarij, aut pij alicuius, & in spiri-  
tualibus exercitati Patris consilijs

G 6 acquies

136 SPECVLVM ANIMAE  
acquiescere, nec ab ijs vel latum vn-  
guem recedere.

Scrupuli  
contemnen-  
di sunt.

TERTIVS est. Scrupulos con-  
temnere ac flocci facere, deque ijs,  
cum consilio tamen Confessarij, no  
amplius confiteri: hac ratione facilè  
malo huic curationem facies: Quid  
si neglexeris atque contrarium ego-  
ris, vitam semper miseram, multis  
que molestijs & anxietatibus ple-  
nam, exiges: & periculis plurimis,  
quoad ea, quorum scrupulis vexa-  
ris, temetipsum obijcies, dum vi-  
delicit multa quæ ex se crima nō  
sunt, peccata esse censes, perq; hanc  
firmam opinionem, peccati reus ef-  
ficeris.

Fuge igitur anima pia, pestem  
hanc: Caue ne serpens hic virulen-  
tia sui te inficiat: quia plagam le-  
thalem atque immedicablem tibi  
inflicget, nisi prospexeris.

christus  
cruci affixus esto anima, & confide in Christo  
spiritu con- IE S V, qui immensæ clementiæ, be-  
tra scrupu- nignitatis & misericordiæ est:  
los remediū. Quid enim ab illo tibi metuendum  
est?

PARS PRIMA.

157

est? Aspice ut in cruce pendeat bra-  
chijs expansis quo te complectatur:  
Cerne caput spinis tui amore con-  
fixum & cruentatum: Contuere  
oculos tua causa lachrymis sanguine  
permixtis madentes: Contem-  
plate sanctissimos pedes eius: at-  
tende benedictas & sacrosanctas  
manus eius, quæ coelum & terram,  
& omnia visibilia & inuisibilia ar-  
chitectatæ sunt, clavis perfossums,  
duroque crucis ligno tui amore af-  
fixas: Aspice denique tenerum &  
innoxium corpus eius, tua causa de  
statu suo penitus conuulsum ac la-  
befactatum.

O IESU, quomodo tibi hanc in- *Scrupuli in-*  
*iuriam irrogabo, vt de te diffidam? iuriam irre-*  
*Absit à me tantum scelus dulcis IESU-* *gant Deo.*

s v. Imò verò in te omnem spem &  
fiduciam meam reponam, teque  
cum Propheta his verbis alloquar.

*Tu es refugium meum à tribulatione qua Psal. 31.*  
*circumdedit me: Tu eruisti animam meam*  
*vi non periret, proiecisti post tergum tuum Isai. 38.*  
*omnia peccata mea.*

*Tu es ipse Rex meus, O Deus mens, qui Psal. 43.*

G 7 man

**I**sa SPECVLVM ANIMAE  
mādā salutes Iacob. Nō enim in areu me  
sperabo, & gladius meus non saluabit me.  
Sed dexteratua & brachiū tuū, & illumi  
natio vultus tui, quoniā complacuisti in eu.

**Psal. 30.**

Quoniam fortitudo mea & refugium  
meum es tu, & propter lamentuum dedu  
ces me & enuris me.

**In Deo pijs-**  
fimo speran  
dam.

**Deus nihil**  
aliud est  
quām amor  
& miseri  
cordia.

**Psalm. 18.**

**Oratio ad**  
**Deum pro**  
**amoris in**  
**tendio.**

O IES V dulcissime amor meus,  
cur non sperem in te, qui infinita  
bonitatis & clementiae es? Quid  
enim aliud es ô dulcis IES V, quam  
totus amor, totus benignitas, totus  
pietas, totus misericordia?

O anima mea, quid est IESVS  
nisi amor? Si sponsi tui IES V natu  
ram anima mea perscrutata fueris,  
nihil aliud reperies quām amorem  
& misericordiam?

Deus meus misericordia mea.

Deus meus misericordia mea.

Deus meus misericordia mea.

O IES V amor meus, en effundo  
animam meam in conspectu tuo,  
cor meum & viscera mea ante pe  
des tuos abijcio. Spes mea IES V,  
tui amoris igne ardere desidero:  
quocirca te suppliciter oro: dignare

tui amoris ignem de cœlis nütte-  
re, qui cor meum & viscera inflam-  
met, depascat, atque consumat: qui  
corpus & animam luculentis flam-  
mis incendat. O Deus meus quando  
tui amoris facibus totus ardebo:  
quando tui amore languidus ante  
pedes tuos emoriar: Dulcissime &  
amantissime I E S V , benedictum  
sit sanctissimū nomē tuum I E S V S  
in sœcula. Amen.

*De dulcedine cōsolationum spiritua-  
lium, Matula XXV.*

## C A P V T X X V I .

**Q**VAM magna multitudo dulcedinis Psalm. 34.  
*Quae Domine, quam abscondisti men-  
tib⁹ te.*

O quām ineffabiles sunt Domine *Consolatio-*  
*consolations & dulcedines, quas nes, quibus*  
*in illorum, qui te in hoc mundo, ca-* *Deus seruos*  
*sto ac feruido amore complectun-* *suos recreat,*  
*tur, cordibus, atque intiniis medul-* *ineffabiles.*  
*lis, oculis atque recludis. Quantæ*  
*ergo ô Pater benignissime, ô Deus*  
*amantissime, & quales erunt illæ,*  
*quas eis in futuro sœculo reseruas?*

*Quām*

Psalm. 83.

Quam dilect. et tabernacula tua Domi-  
ne virtutum, concupiscit & deficit anima  
mea in atria Domini. Cor meum & caro  
mea exultauerunt in Deum viuum. Hæc  
sunt verba Regij Prophetæ, dum in  
excessu mentis ineffabilia bona quæ  
Deus electis suis in altera vita præ-  
parauit, contemplaretur.

O monde immunde, qui oculos  
terræ affixos habes, nec vultum  
vnquam ad cælum erigis, in cæni  
profundo iaces, & sordibus tuis ob-  
lectaris.

Mundus &  
cœs & ful-  
tus.

O cæce, ô stulte, ô insane, vtinam  
delicias & voluptates quibus hi  
qui Deo seruiunt, in hac vita per-  
fruuntur, agnosceres. O monde per-  
fide iniurice omnis boni, & veræ  
dulcedinis animarum: quandoqui-  
dem vt eas tantis opibus tamq; im-  
mensis thesauris, quos Deus ipsis  
conseruat, desplices, eas circumue-  
nire ac in fraudem inducere cona-  
ris: dum eis ficta, vana & fallacia  
proponis, quibus eas implices, sicq;  
securè ipsis auferas dulcedines &  
consolaciones, quas Deus in hac vi-  
ta eis

PARS PRIMA. 161

ta eis præparauerat, cum magno insuper discrimine, ne illos etiam simul omnium bonorum cumulo, quem in altera vita tanquam benignus Pater eis conseruat, priues.

O animæ persuasionibus eius in fraudem inductæ, ad vos ipsas revertimini: experimini quæ dulcis sit sponsus vester IESVS Christus:  
Gloria & videte quoniam suavis est Domini Psalm. 33.  
nus. Dulcis & rectus Dominus. O animæ Psalm. 24.  
exæ, & terrenis curis ac sollicitu- Dulcedinis  
dinibus impeditæ, disrumpite tandem Christi magnitudo.  
dem aliquando vincula captiuitatis vestrae: Spiritualia festamini, si per experientiam discere cupitis, quæ magna & quæ innumerabiles sint consolations, ac dulcedines IESVS Christi crucifixi, quibus suos permulceret.

Venite audite & narrabo vobis omnes Psalm. 6.  
qui timatis Deum, quæ fecit anime meæ;  
ait Propheta: Venite, venite, & convertimini ad IESVM & mundo  
valedicite, si gustare vultis quæ nemo videre, nec audire, nec comprehendere præualet, nisi quantum &  
quo-

162 SPECVLVM ANIMAE  
quomodo largitori eorum, plac-  
tum fuerit.

Apostrophe  
ad eos qui  
dulcedi em  
diuinam  
gustant.

Ioel. I.

Ad vos nunc sermonem conuen-  
to, ô ter felices & fortunati, quia  
iam secretum sposi vestri thala-  
mum introiistis: qui ad suaves am-  
plexus & dulcia oscula eius perue-  
nisti: qui à sposo in cellam vina-  
riam introductory, ibiq; diuini amo-  
ris musto inebriati estis: qui sepius  
in excessu metis facti, & à sensibus  
abalienati, transformamini & co-  
iungimini dilecto spōso vestro: ad  
vos denique qui bibitis vinum in dulci-  
dine: vos inquam moneo & hortor.

Cauete, cawete, cauete, ne dulcedo  
huius escæ, & suauitas harum con-  
folationum vobis fraudi sit, ne per-  
eas gulosi, & illius suauitatis im-  
moderatè cupidi efficiamini: adeo-  
que de medijs, finem constituatis,  
amando, desiderando, & totum fi-  
nem in illis collocando, & largito-  
rem earum negligendo & deserien-  
do, quod ingens certè scelus esset.

Deus erros  
seuos consola-  
pietatis est, tantoque erga nos

2. NOV.

anacreflagrat, ut animaduertens vi-  
am ipsi seruendi arduam, impedi-  
tum, nostræque sensualitati maximè  
contrarium esse, pro solita sua li-  
beralitate, infundit cordibus eo-  
rum qui fidam ipsi exhibit serui-  
dat.

tutem: dona, dulcedines, suavitates,  
& quædam consolationum spiritu-  
alium genera, adeò dulcia, sapida &  
guistatui iucunda, ut natura etiam  
sensiua ex dulcissimis & suauissi-  
mis his influxibus, & cœlesti man-  
na, roreque diuino, robur capiat,  
tenuemque ac facilem sibi putet  
omnem huic viæ asperitatem: sicut  
ait Dominus. *Iugum enim meum suave*  
*est, & onus meum leue.*

Matth. 11.

Seruire Deo est in se quidem iu-  
gum & onus grauissimum, sensua-  
litati planè contrarium & aduer-  
sum: at talibus auxilijs accedenti-  
bus, iugum efficitur suauissimum,  
& onus leuissimum.

Dulcedines itaq; & cōsolationes  
spirituales, sunt media per quæ ad  
diuini amoris perfectionem, facili-  
ter, expeditè & suauiter peruenitur.

Sed

**Cauendum** Sed opus est ut h̄ic sibi quisque  
est à gula in diligenter prospiciat, quia latet an-  
guis in herba: viperāq; hic veneno-  
nibus spiri-  
tualibus.

Sed opus est ut h̄ic sibi quisque  
diligenter prospiciat, quia latet an-  
guis in herba: viperāq; hic veneno-  
nibus spiri-  
tualibus.

Sed opus est ut h̄ic sibi quisque  
diligenter prospiciat, quia latet an-  
guis in herba: viperāq; hic veneno-  
nibus spiri-  
tualibus.

Opus est itaque h̄ic omnibus qui  
Deo

Deo seruire volunt diligentia  
cavitione, prouidendumque ne in hauc  
charybdim impingant.

Quod ut fiat, fidelis Dei seruus *qua ratione*  
sæpè firmo, staboli ac deliberato ani- *prouideri*  
mo proponet Deo ex puro, & sim- *posuit ne gu-*  
plici amore familiari: contestabi- *lum hanc*  
turq; hoc coram diuina maiestate, *incurramus.*  
efficaciori qua potest ratione: di-  
cetque.

Domine ego totus tuus sum, *protestatio*  
nec quicquam habeo aut habere de- *bac coram*  
sidero præter te solum: Te solum *Deo facta*  
quærere, te simpliciter & purè, nul- *iuuat, ne in*  
lo habito meorum commodorum *fraudem in*  
respectu diligere cupio; protestor- *consolatio-*  
que hic in conspectu summæ maie- *nibus spiritu-*  
statis tuæ SS. Trinitatis PATRIS *tualibus in-*  
ET FILII ET SPIRITVS *curramus.*

S A N C T I me nolle seruire tibi,  
aut te diligere propter poenarum  
quarumlibet euasionem, aut diui-  
narum consolationum perceptio-  
nem: aut gehennæ liberationem,  
aut coelestis gloriæ in futura, aut  
dulcedinis tuæ in præsenti vita con-  
secutionem: sed me te solum velle  
quæ-

166 SPECULVM ANIMAE  
quærere, te desiderare, te amare, ti-  
biq; me totum dare & consecrare.

Tu solus mihi sufficis: si dulcedi-  
ne & consolationibus tuis me visi-  
tare volueris, sis tu quidem benedi-  
ctus: quia pro tua pietate ac amore  
quo semper in nos fuisti, es & eris,  
facies: ego verò pro his immortales  
tibi gratias agam; sin eas subtraxe-  
ris, sit tibi similiter laus, gloria, &  
benedictio, & ego pro eo etiam im-  
mensas tibi gratiarum actiones  
persoluā: Tibi soli Domine ex toto  
corde, & ex tota anima seruire pro-  
pono, etiam si multis sēculis victu-  
rus essem. Hoc coram te profiteor,  
hoc facere volo ac desidero, teque  
humiliter deprecor ut quandoqui-  
dem sine te nihil possum ad hæc im-  
plenda vires & robur mihi sugge-  
rere digneris. Quapropter ad te cō-  
fugio, tibi me tota deuotione com-  
mendo: tibi me totū relinquo: & in  
viscera misericordiæ tuæ me totum  
projcio, suscipe me D E V S meus:  
amplectere me spes mea: vni me ti-  
bi inseparabiliter, dulcissime Pater.

Porrò

PARS PRIMA. 167

Porrò signa si requiris, ex quibus agnoscere queas, num protestationi huic satisfacias, hæc manifestissima habe.

Primò cognosces illud ex dulcedinis habitæ termino, perpendendo num tibi in ea plurimum placeas: Adhèc animaduertendo num firmo ac deliberato adhuc animo sis protestationem tuam opere adimplendi.

Secundò: Considerando; num in diuinis consolationibus actu Deo tantas gratias referas, quantas potes.

Tertiò: Attendendo, num ipsa suauitate durante prompto & resignato sis animo ad eius priuationem.

Quartò: Aduertendo, num ea sublata conturberis, & tristitia replearis.

Quintò: Considerando, num ea perdita inquietus sis, & eam cum animi quadam anxietate requiras, & per diuersarum orationum, meditationum, & exercitiorum usurpationem reciare labores. Hæc namque

Signa ex  
quibus cog-  
nosci posse  
num prote-  
stationi sa-  
tisfaciat.

168 **SPECULVM ANIMAE**  
que si in te rep̄ta non fuerint: tibi  
poteris firmiter persuadere, aliquā  
subesse Diaboli fraudem, ac decep-  
tioni te proximum esse: quare ad tui  
emendationem & correctionem ac-  
cīngēris, protestationemque tuam  
denuo renouabis.

**Desiderare**  
**cōsolutiones**  
**bonum ali-**  
**quando est,**  
**sed pericu-**  
**losum.**

Aduertendum tamen est, me hic  
non omnem consolationum cupi-  
ditatem aut desiderium improbare.  
Bonum namque ac licitum est eas  
appetere, eo fine, vt eō expeditius  
& facilius ad sponsi amorem perfe-  
ctionemque feramur, modò hoc so-  
lo fine fiat: sed necesse est vt hic  
vnuisque diligenter sibi prospī-  
ciat, ne natura nostra quæ seipsum  
in omnibus quærat, sibiique nimio  
plus amica est, s: btilibus dolis ac  
fraudibus suis nos circumueniat,  
ita, vt dum nos Dei amore permo-  
ueri existimamus, nosmetipſos  
quāramus: Quare singulari solici-  
tudine & vigilans hīc opus est.  
**Dæmon** ſep̄e  
ſingit conſo-  
lationes ſpi-  
rituales.

Est & aliud periculum in his con-  
ſolationibus, à quo sibi servi DEI  
cauere debent, quod hic leniter tan-  
gūmodo

PARS PRIMA. 169

tummodò attingemus, exactiorem eius tractationem in Paradiso contempliuorum, (quem propediem diuina ope adiuti, in lucē nos prolaturos speramus) exhibituri: Est autē tale: quod Dæmon sæpè transfiguret se in Angelii lucis, & consolationes ac dulcedines frequenter fingat ac procuret, vnde non raro visuuerit, vt dum anima se sponso suo vnitā retur, adultero iuncta sit: & dum se I E S V suo perfrui putat, cum Dæmone spiritualiter luxurietur.

Itaq; opus est in his omnibus diligenti circumspetione, speciatim fœminis, quas Dæmon sæpiissimè dolis suis in fraudem inducit, quade re quāvis multa dicere possem, cùm eiusmodi non pauca per manus meas transferint, hæc tamen in præsenti sufficient.

Fœminæ  
frequenter  
à Dæmone  
decipiuntur.

*Modus eluendi hanc maculam.*

PRIMVS modus scopulum hunc euadendi est; Sæpè protestationem illam, quam paulò ante po-

H suimus,

1705 SPECULVM ANIMAE  
suimus, usurpare ac renouare.

SECUNDVS est. Considerare  
perfectionem, non consistere in  
consolationum affluentia, sed in ad-  
uersitatum pro Christi amore tole-  
rantia: quia non illi, qui pluribus  
consolationibus visitantur, maiori  
sanctitate praediti sunt, sed qui gra-  
uiora Dei amore patiuntur.

Consolatio-  
nes Deus  
debilibus  
& imperfe-  
ctis largi-  
tur.

Fortes vero  
tribulatio-  
nibus exer-  
cis.

TERTIVS; Secum expendere,  
Deum dulcedines has non raro de-  
bilibus & infirmis, ut eos corrobo-  
ret, animoque vacillantes erigat,  
impertiri: qui alioqui, nisi tali lacte  
nutrimentur, viæ asperitatem refor-  
midarent, & eum sequi renuerent:  
At eos qui forti, constanti ac delibe-  
rato animo sunt, aduersitatibus, tri-  
bulationibus, persecutionibus, in-  
firmitatibus, alijsque duris & aspe-  
ris exercere: Ex hac consideratione  
facile seruus Dei, consolations no-  
dico prorsus contemnet, quia cum  
Deus eas donat, cum gaudio & gra-  
tiarum actione suscipiēdæ sunt: sed  
in se mortificabit affectum, deside-  
rium, & complacentiam quam pos-

PARS PRIMA. 171

set habere in similius consolatio-  
nibus. Utinam Deus omnibus nobis  
gratiam donare dignetur quo ipsi  
fideliter famulemur, illumque pure  
ac simpliciter diligamus.

**IN NOMINE  
PATRIS, ET FILII,  
ET SPIRITVS SANCTI,**  
Amen.

**DE SEPTEM PECCATIS**  
*mortalibus, & ratione, illa  
superandi.*

**Q**UAMVIS anima pia, supradi-  
ctæ maculæ omniā omnino  
peccata mortalia, & modum fœ-  
dissimas illorum maculas, quas his,  
quos contaminauerint, aspergunt,  
eluendi in se cōpleteantur: nihilo-  
minus cùm sint septē fontes, septem  
capita, ac septem principalia funda-  
menta quibus tota ciuitas Diaboli,  
& omnia peccata innituntur, operæ  
preium me facturum existimau, si  
rationem maculas singulorum spe-

H 2 ciatim

172 ♦ SPECVLVM ANIMAE  
ciatim mundandi, breuiter & con-  
pendiosè perstringerem.

*Methodus generalis omnia vita  
superandi.*

QUE M A D M O D V M omni  
peccata septenario numero com-  
prehenduntur, ita & nos h̄ic septen-  
modos ea omnia generaliter supe-  
randi præscribemus: de singulis po-  
stea sigillatim acturi.

PRIMVS modus est. In omni-  
bus rebus diligere penuriam, non  
tantum in illis, quæ ultra necessita-  
tem desideramus: sed etiam in illis  
quæ nobis necessaria sunt.

SECVNDVS est. Contemni, lu-  
dibrio haberi, reprehendi ab omni-  
bus, cunctisque horrore esse, maxi-  
mè parentibus, cognatis & amicis,  
donec animi nostri elatio & super-  
bia prorsus depressa & mortificata  
fuerit.

TERTIVS est. Seuerum nobis  
deligere magistrum, siue directo-  
rem, qui contraria his, quæ nobis  
bona & recta videntur, iubeat: ne  
quic

quicquam nos habere patiatur,  
præter ea quæ nobis concesserit:  
nec aliquid agere permittat, nisi  
quod ab eo iussum fuerit, imò ne  
toleret quidem ut verbum vnum  
loquamur, aut vnu aquæ scyphum  
bibamus sine ipsius facultate: qui  
denique nullum defectum in nobis  
intactum relinquat, quem nō aspe-  
ra & secura increpatione puniat &  
reprehendat: quo ad usque peruersa  
& distorta voluntas nostra rectifi-  
cetur, & alterius voluntati prompt-  
tè se submittat.

QVARTVS est. Segregare se ab  
hoc mundo: Etenim quemadmodum  
aqua turbida si non moueatur con-  
festim fecibus in imo subsidentibus  
clarescit; at si moueatur turbida ef-  
ficitur: ita mens humana, si ab huius  
mundi tumultibus segregata sit, su-  
bitò serena & tranquilla redditur:  
at mundi negotijs implicata, com-  
maculatur & conturbatur.

QVINTVS est. Oratio assidua:  
hæc namque vi sua mentem super  
omnia creata, atque supra seipsum

H 3 in

174 SPECVLVM ANIMAE  
in Deum eleuat. ab eoque robur &  
vires vitia omnia profligandi impe-  
trat.

SEXTVS. Sunt aduersitates: cu-  
iusmodi, infirmitates, persecutio-  
nes, tribulationes, molestiae, incom-  
moda, tentationes, contumelia, igno-  
miniae & similia: Nam quemad-  
modum lima vnaquaq; affricatio-  
ne aliquid aufert de rubigine ferri,  
sic tribulatio semper aliquid tollit  
de rubigine peccati. Hinc S. Grego-  
rius ait: Qui desiderat vitia plenè  
vincere, studeat humiliter purgati-  
onis suæ flagella tolerare: Vnde et-  
iam S. Propheta regius orabat: Pro-  
ba me Domine & tentame, vnde renes meas  
& cor meum.

SEPTIMVS est, Continua mor-  
tis meditatio, quæ maximam vim  
habet hominem à peccatis abstra-  
hendi, & ad bonorum operum ex-  
ercitia stimulandi.

Modus deprimenti superbiam &  
humilitatem acquirendi.

SUPERBIAM facile deprime-  
mus,

P̄ul. 25.

PARS PRIMA. 175

mus, si nobiscum consideremus.

I. Proprias miserias tam animæ quam corporis.

II. Facilitatem in peccatum labendi.

III. Difficultatem resurgendi.

IV. Fraudes & dolos inimicorum.

V. Viæ cœlestis difficultatem & angustiam.

VI. Finis ambiguitatem.

VII. Gratia incertitudinem.

VIII. Præmij excellentiam.

IX. Pœnarum infernalium æternitatem.

X. Iudiciorum diuinorum profunditatem.

XI. Christi humilitatem, qui cum Deus esset, homo fieri dignatus est.

DE INVIDIA.

INVIDIA tres gradus habet.

Primus est. Non gaudere de bonis: nec contristari de malis proximi.

Secundus est. Dolere de bonis, & gaudere de malis proximi, propter odium in illum conceptum.

H 4 Ter.

176. SPECVLVM ANIMAE

Tertius est. Proximo male velle  
verbis & factis, & bona illius, quā-  
tum in nobis est, impedire.

Præterea. Grauis inuidia est, red-  
dere malū pro malo; grauior, odisse  
illum, qui in nullo te contristauit  
nec ullam tibi fecit iniuriam: gra-  
uissima, malum pro bono reddere,  
& bonos odio prosequi, quemad-  
modum Iudæi Christum infectati  
sunt.

Deniq; Inuidia magna est, offend-  
dere proximum in substantia vel  
existimatione sua: Maior, nocere il-  
li in corpore: Maxima, animę ipsius  
incommodare.

*Modus eluendi maculam  
Inuidia.*

PRIMVS est: Nihil earum re-  
rum, quæ mundus habet, diligere  
aut desiderare: quandoquidem in-  
uidiæ causa & origo sunt: Hinc  
namque fit ut qui opibus, honori-  
bus, voluptatibus, alijsque rebus  
temporalibus affluunt, cæterisque  
antecellunt, aliorum qui talibus  
egent,

PARS PRIMA. 177

egent, aut non adeò abundans, inuidiæ pateant.

SECVNDVS est: Cogitare, quamvis alij non haberent ea, propter quæ ipsis inuidemus, vt sunt diuitiæ & honores, nos tamen proptereà nihilo plus aut minus habitueros: ac proinde eis inuidere non debere.

TERTIVS est. Considerare, ad foelicitatem sempiternam consequam, necessarium esse, vt proximo reconciliemur: melius autem esse, id tempestiuè quam tardè fieri, tum ne bonorum operum quæ agimus fructus nobis pereat, tum ne si id tempore oportuno facere neglexerimus, magnum aliquando salutis discrimen incurramus.

QUARTVS est. Comes atque affabiles esse ac benefacere illis quibus inuidemus.

QUINTVS est. Pro illis assiduò preces fundere, vti S. Paulus Apostolus docet: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Rom. 12.

H 5 DE

178 SPECVLVM ANIMAE  
DE I R A.

I R A triplex est. Prima est, cùm quis ob causam leuissimam, veluti ob verbum vnum, aut minimam iniuriam sibi factam commouetur.

Secunda est: Cùm quis excandescit & vehementi furore succenditur, iramq; conceptā foris vel in facie, vel interiori commotione, aut exteris corporis gestibus ostendit.

Tertia est: Cùm quis iram longo tempore in corde conseruat, & odium contra aliquem fouet.

*Remedia contra Iram.*

PRIMVM est: Ea quæ nobis accidere possunt præuidere, seq; ad ea placido & tranquillo animo toleranda præparare: Minus enim (vt S. ait Gregorius) iacula feriunt, quæ præudentur.

SECVNDVM est: Nobis ipsi vim facere, silentiumq; nobis imponere, acflammā intrinsecus in corde succensam reprimere ac suffocare, ne foras erumpat, & nosipso ac alijs

PARS PRIMA.

alius vehementius incendat.

TERTIVM est: Statim ut nos commotos deprehenderimus, aliquid agendum arripere & mentem occupare, vel cum alijs colloqui, aut aliquid operis agere: Etenim Salomon teste: *cum defecerint ligna, extinguetur ignis.* Præuer. 36.

QUARTVM est: Pudor siue confusio, qua modesti & verecundi plerumque retinentur, quia metunt, ne scandalizent proximos.

QVINTVM est: Expendere ingentia damna quæ secum adducit hoc vitium, quorum non minimum est, quod hoc versu continetur.

*Impedit ira animum, ne possit cernere  
verum.*

DE ACEDIA.

ACEDIA triplex est. Prima est amaritudo quædā animi, qua quis laborat, omnia quæ alijs iucunda & appetibilia sunt aspernatur: tædio conficitur: omnemque humanam conuersationem fastidit: De hac tristitia ait Apostolus. *Seculi 2. Cor. 7.*

H 6

autem

180 SPECVLVM ANIMAE  
autem tristitia mortem operatur.

Secunda est: Pigritia quædam siue  
negligentia, somnum & corporis  
commoda diligens, labores horres,  
aspera & dura fugiens, otioque plu-  
rimum gaudens. Hæc propriè voca-  
tur pigritia.

Tertia est: Quæ res diuinæ atque  
spiritualia exercitia tantum fastidit,  
in alijs verò sollicita & diligens est,  
externisque magnoperè oblectatur:  
Oratio illi est insipida, diuinæ lau-  
des cursim persoluit, ut minus inde  
fastidium sentiat: & aliquando data  
opera cogitationes alias accerit,  
quibus tedium sibi tollat, seu minu-  
at: iocis, risibus, nouis rumoribus,  
alijsque leuitatibus intendere dele-  
tabile dicit: Laudare verò Deum,  
& de rebus diuinis agere maximè  
fastidiosum.

Acedia magna est, negligenter ea  
ad quæ obligati sumus, persoluere;  
Maior, præ tedio ea omnino dimi-  
tere: Maxima, alios etiam impedire,  
nec posse sustinere ut aliquid boni  
operis agant.

media

PARS PRIMA.

Remedia contra Acediam.

VNICVM maximeque efficax  
est: Nos ipsos ad ea quae nobis fasti-  
dio sunt agenda violenter constrin-  
gere, & speciatim ad orationes &  
diuinias laudes concipiendas.

Contratristitiam.

PRIMVM est: Sapè in mentem  
reuocare Dei benignitatem, inge-  
niaque quibus nos ornauit benefi-  
cia.

SECUNDVM est: Proborum  
societati nos iungere, maximè ijs  
vbi de Deo agitur.

TERTIVM docet nos S. Iaco-  
bus Apostolus: *Tristatur, inquit, ali-*  
*quis vestrum? Oret: Aequo animo est? psal-*  
*lat.* Jacob. 5.

QUARTVM est: Contra pigri-  
tiam ad laboriosa opera nos assue-  
facere.

DE AVARITIA.

AVARITIA tres habet spe-  
cies. Prima est: Desiderium & cupi-  
ditas opes possidendi, siue voti  
compos quis fiat, siue non: sicut

H 7 pau-

182 SPECVLVM ANIMAE.  
pamper, parum vel nihil possidens.

Secunda est: Tenacitas in opibus  
partis conseruandis, tanta, ut ea non  
expendamus, quomodo, & quando  
oporteret.

Tertia est: Diuitias per fas & nefas  
amplificare, nec magnificere lici-  
tane, an illicita sit negotiatio quam  
tractamus, aut lucrum quod acqui-  
rimus, modo opes augeantur.

*Remedia contra Auaritiam.*

PRIMVM est. Amore Dei om-  
nia relinquere, & obedientiae ac cu-  
ræ aliorum se submittere: quemad-  
modum fecerunt fideles in primiti-  
ua Ecclesia, qui Apostolorum vo-  
luntati omnes opes suas relinque-  
bant; Et modo faciunt Religiosi,  
monasticam vitam sectantes.

SECUNDVM est. Considerare  
auaritiæ laqueos, diuiiarum mole-  
stias: libertatem & commoda san-  
ctæ paupertatis, pauperum gaudia,  
diuitium tristes curas: pauperum  
securitatem, & diuitium econtra  
pericula, quæ ipsis propter opes in-  
sciatantur.

TER-

TERTIVM est. In Deo conide-  
re, qui neminem in se sperantem  
deserit: de quo Christus nos admo-  
net. Nolite solliciti esse dicentes quid man-  
ducabimus? aut quid bibemus? Scit enim  
Matth. 6.  
Pater vester quia his omnibus indigetis.  
Quærите primum regnum Dei, & haec om-  
nia adiicientur vobis.

## DE GVL A.

GVL A quadruplex est: Prima, an-  
te tempus, & sèpius quàm necessi-  
tas exigat manducare, vti pecora &  
alia irrationalia animantia.

Secunda est. Nimia cum audiitate  
& festinatione comedere, vti fa-  
ciunt lupi, & canes famelici, ac vo-  
races.

Tertia est. Naturam superfluo cibo  
obruere, propter solam gulæ dele-  
stationem.

Quarta est. Cibaria lauta, exquisita  
& delicata quærere & desiderare.

## Remedia contra Gulam.

PRIMVM est. Sæpe proponere,  
non sèpius quàm necesse sit, nec an-

134 SPECVLVM ANIMAE  
et tempus cibum sumere: idq; con-  
tra primam speciem.

SECUNDVM est. Erubescere de  
nostra ingluwie, tum propter nosip-  
pos: tum propter alios, ideoque mo-  
destiam in cibo sectari, & audita-  
tem illam nimiam reprimere, ac  
coercere: idque contra secundam  
speciem.

TERTIVM est. Considerare,  
nimietatem cibi, plurimas secum  
infirmitates adducere, naturam ob-  
ruere ac suffocare, ac à bonis ac  
præclaris actionibus nos impedire:  
idque contra tertiam & quartam  
speciem.

QUARTVM. Quod efficacissi-  
mum ad tertiam & quartam speci-  
em profligandam est: non habere  
vnde possimus gulæ satisfacere:  
Quapropter quanto quis fuerit pau-  
perior, tanto minus hoc peccatum  
incident.

#### DE LVXVRIA.

LUXVRIA quatuor species ha-  
bet. Prima est in corde, de qua ait Sa-  
lomon:

PARS PRIMA. 185

Iomon: Peruersæ cogitationes separant à Sap. 1.  
Deo: Et Christus. Qui videret mulierem Matth. 5.  
ad concupiscentiam eam, iam mœchatus est  
in corde suo.

Secunda est. In sermone, aspectu,  
contactu, osculis, amplexibus, alijs-  
que illecebris, & gestibus inhonesti-  
tis, sine tamen operis inhonesti-  
actuali perpetratione.

Tertia. In ipso actu: Cùm opus in-  
honestum actu exeretur, idque se-  
cundum naturam, vt pote si vir cum  
muliere, extra matrimonij statum  
peccet.

Huius variæ sunt species: vt i sunt,  
fornicatio, adulterium, sacrilegi-  
um, incæstus, stuprū, raptus, & aliæ,  
quas consultò prætermitto.

Quarta est. Peccatum contra naturam.

Remedia contra Luxuriam.

PRIMUS est. Ut viri mulierum &  
mulieres virorum consortia defu-  
giant: sicut enim ait Sapiens: De vesti-  
mentis procedit tinea, & à muliere iniqli-  
tas viri. Et D. Gregorius. Qui corpus  
suum continentiae dedicant, habita-  
re cum foeminis non præsumant.

Eccles. 42.

S E C U N D U M

136 SPECVLVM ANIMAS

SECVNDVM est. Fugere sociates eorum, qui huic vitio affines sunt, ne ex malis eorum exéplis, male agere discamus: qui enim (ut ait Scriptura) se iungit fornicarijs, erit nequam.

TERTIVM est. Carnem inedia, vigilijs, alijsque rebus duris attere, atque spiritui subijcere, nec eam blandè tractare. Qui enim delicate à

Prover. 29. pueritia nurit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.

QUARTVM est. Otium bonarum actionum inimicum & totius mali fontem deuitare: quia, multam malitiam docuit otiositas. Et Poëta,

Otia si tollas, periére Cupidinis arcus.

QVINTVM est. Senius extrinsecos, qui sunt portæ per quas tanquā latro peccatū furtim se infert, diligēter obseruare & custodire: ne idem nobis contingat quod illi, qui ait: Ascendit mors per fenestras nostras.

SEXTVM est. Cogitationes carnales mox ut surrexerint, elidere, ac reprimere: quia de corde exeunt cogitationes male, adulteria, &c.

SEPTIMVM est. Frequenti orationi

Ierem. 9.

Math. 15.

PARS PRIMA. 387

tioni & meditationi incumbe:  
Quod ille faciebat, qui de se ait: Et Sap. 3.  
Vt sciai quo iam aliter non possem esse con-  
tinens nisi Deus datur. Adij Dominum, &  
deprecatus sum illorum, & dixi ex totis praecordijs meis, &c.

Remedium uniuersale contra omnia  
vitia, quod est IESVS Christus  
crucifixus.

SIC VIT Moyses exaltauit serpentem in Ioan. 3.  
deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

Quando filii Israel, à morsibus  
venenosorum serpentum perime-  
bantur: Moyses ex diuina iussione  
serpentem æneum fabricatus est, Num. 21.  
eumque ligno affixit, quæ cùm à ser-  
pentibus læsi aspicerent, sanabatur.

Pulcherrima est hæc IESV Christi cruci affixi figura: Quem qui-  
cunque homines in deserto huius  
mundi à multitudine maxima pec-  
catorum, specialiter septem capi-  
talium vitiorum, morsi & vulnera-  
ti, aspiciunt: sanctissimamque illius  
passionem & mortem secum consi-  
derant, ac sacra vulnera eius intuen-  
tus

188 SPECVLVM ANIMAE  
tur: medelam & robur contra omnia vitiorum genera accipiunt.

Accede itaque huc Guloſe: & intuere Christum potum postulanten, aceto myrrha & felle potari erubet igitur de tua crapula & ebrietate.

Accede huc Luxurioſe: & aspice Christum toto corpore vulneribus concisum & sanguine deformatum, caputque illius acutis spinis coronatum: Pudeat igitur te tuæ libidinis.

Accede huc Auare; & cerne Christum nudum, nec ubi caput reclinaret habentem, in cruce mori: Et pudore suffundere, propter infatiabili diuitiarum cupiditatem.

Accede huc Liuide: & intuere Christum singulari cum amore pro crucifixoribus suis deprecantem.

Accede huc qui tristitia, negligencia, & socordia marcescunt: & vide IESVM prompto animo, acerbissima tormenta pro te patiētem, & spiritum suum cum insigni fiducia Patri commendantem ac dicentem.

tem. Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. *Luc. 23.*

Accede huc Iracunde: & aspice Christum propter contumelias, conuitia & injuriā sibi illatas, non indignantem, & magis de perditione illorum, quam de suis cruciati-bus dolentem.

Accede demum huc Superbe & Ambitiose: & cerne IESVM à toto mundo illusum, ludibrio habitum, & probris appetitum.

Tuam itaq; arrogantiā detestare.

Obone IESV salus animę meę, tu es medicina purgans, sanans & præseruans ab omni malo, & peccato.

O vulnera sanctissima: O sanguis pretiose Domini mei IESV Christi, quāta vobis virtus & efficacia inest.

Trahe me dulcis IESV in sanctissima vulnera tua, quia hic securus ero ab inimicis meis. *Abscondes eos in abscondito facie tue.* Ingredere anima mea, ingredere latebras horum sanctissimorū vulnerum, quae sunt unicum tuū in temptationibus & aduer-

*psal. 30.*

190 **SPECVLVM ANIMAE**  
aduersitatibus perfugium. Montes  
*excelsi ceruis, petra refugium herinacij.*

*Psal. 103.*

In his anima mea dies noctesq; cō-  
morare, & si dēmonibus horro, &  
à serpētum, hoc est peccatorū mor-  
fibus liber esse cupis, contemplare  
assiduè, quanta tui causa dixerit &  
fecerit sponsus tuus in ligno crucis.

O IESV noli me derelinquere,  
quia à te nunquam separari cupio,  
dulce bonum meum.

Semper hærere lateri tuo, nec à  
sancta Cruce, ac pedibus tuis vnquā  
discedere volo, quoadusque te in  
cœlis videam, quod aliquando tua  
præstante clementia & benignitate  
futurum spero. Amen.

**IN NOMINE PATRIS,**  
**ET FILII, ET SPIRITVS**  
**SANCTI, Amen.**

*Damina peccati Venialis.*

**Q**VANDO peccatis venialibus  
ostiu nō clauditur, facilissim-  
ditur lapsus in mortalia: Hoc sensu  
quædam S. Augustini sententia,  
quam Magister in 4. sententiarum

PARS PRIMA. 191

distinct. 16. refert, accipienda est:  
Quæ talis est: Peccata venialia si col-  
lecta circa nos fuerint, ita nos gra-  
uabunt & oppriment, sicut vnum  
graue peccatum.

Quæ verba Richardus de Media-  
villa distinct. 16. art. 2. quæst. 2. expo-  
nens ait: Nulla ratione multa venia-  
lia esse vni peccato mortali æqualia,  
eo quod deformitas & damnum  
vnius peccati mortalis maius sit,  
quam centum millium peccatorum  
venialium simul.

Quapropter verba S. Augustini  
docet esse intelligenda dispositiūe,  
quod videlicet multa peccata veni-  
alia, disponant nos ad lapsum in  
mortale: siue quod possint esse tam  
multa & grauia, ut voluntatē pror-  
sus deordinarent, & deformarent:  
quo in illa deformitate quiesceret,  
ac sibi placeret tanquam in fine: quod  
esset mortale, non veniale.

Duodecim damnorum peccatorum  
venialium.

Primum: Oculis mentis caliginem  
offen-

192 SPECVLVM ANIMAE  
offendunt; ne possint clarè contem-  
plari Deum.

Secundò : Feruorem charitatis &  
diuini amoris imminuunt.

Tertiò : Impediunt ne orationes  
nostræ exaudiātur, nisi difficillimè.

Quartò : Debilitant & commacu-  
lant animam.

Quintò : Spiritum sanctum contri-  
stant, & Dæmones lætificant.

Sextò : Dulci familiaritate Dei nos  
spoliant.

Septimò : Ad peccata maiora & grā-  
uiora disponunt.

Octauò : Vires & robur animæ ad  
peruersarum inclinationum morti-  
ficationem infringunt.

Nonò : Hominē languidum, & pi-  
grum ad benē operandum reddunt.

Decimò : Affectus, & desideria ad  
temporalia inclinant.

Vndecimò : Poenas purgatoriij diu-  
turniores nobis parant.

Duodecimò : Retrahunt nos pluri-  
mum, ne præsentiam diuinam con-  
templemur & sentiamus.

Finis prima partis.  
HOR.

HORTVS  
ORATIONIS  
SECVNDIA HV-  
*ius Libri Pars.*

Quo præclaræ, de  
oratione ac medi-  
tatione rectè insti-  
tuenda, præcep-  
tiones tradun-  
tur.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

IN NOMINE <sup>198</sup>  
PATRIS, ET FILII, ET  
SPIRITUS SANCTI,

Amen.

RELIGIOSIS ET  
DEVOTIS NOVITIIS OR-  
dinis Minorum de Observantia  
reformat. in oratorio Fontis  
Palumbi congregatis.

**G**ARISSIMI & deuoti  
Filij: Cum aliquoties R.P.  
Guardianus instantissimis  
apud me precibus egerit, & demum  
mibi sub merito sanctae obedientiae  
inunxerit, ut vos orationis ac me-  
ditationis recte instituendae pracep-  
tu informandos susciperem: non po-  
tui neque volui ultra huic sanctae ac  
iusta petitioni reluctari: quamuis ad  
tantum opus me neutquam idoneum  
agnoscere, vi pote qui per exiguum  
huius sancti & laudabilis exercitij  
scientia & usum habeam. Attamen  
de virtute sanctae obedientiae que Do-

I 2 mino

## 196 PRAEFATI.

mino nostro IESV Christo acceptiss.  
ma & S. Patri nostro Francisco ad-  
modum familiaris & grata fuit, con-  
fisus statui exilem vobis hortulum, ex  
herbis & arboribus eleemosynis constitū  
offerre: in quo tanquam industria apes,  
suaves & odoratos sancta orationis  
flores colligatis; quos postea precibus  
operā daturi sanctis Angelis donetū,  
ut eas sanctissima Trinitati in cœlu  
offerat. Accipite igitur, dilectissimi Fi-  
liy, hortulū hunc, ac flores & fructus  
illius tota cū diligentia & deuotione  
indefinenter carpite: meiq; in oratio-  
nibus vestris memores estote.

Dominus noster IESVS Christus,  
suam vobis benedictionem conferat,  
cum gratiarum suarum abundantissi-  
ma affluentia.

In nomine Patris, & Filii, & Spi-  
ritus sancti. Ex Fonte Palumbi. Anno  
reparata salutis 1604. die 16. Octob.

Vester in Christo I E S V

Pater & Frater

F. Bartholomæus Salutis  
Ord. Min. de Obs.

## DE S. ORATIONE.

**A**MOR Dei thesaurus immensus & incomparabilis est, qui in terra humilitatis delitescit, atque inde ligone sanctæ orationis effoditur: Itaque anima quæ amore sponsi sui IESU Christi ardere desiderat, in huius horti cultura diuinā suffulta gratia, strenuè laborare & exerceri debet: alioquin naturaliter loquendo fieri non poterit, ut amore illius succendatur.

Oratio verò triplex est. **A**lia *vo-  
cis*, alia *mentis*, alia ex vtraque mix-  
ta. *Vocis* illa est, qua sancta mater est: *men-  
tis*, Ecclesia in diuinis officijs & publi-  
cis orationibus vtitur: quam etiam & mix-  
priuatae personæ in psalmorum ali-  
arumque orationum recitatione  
surpant. *Mentis* oratio est cordis in  
Deum eleuatio, sine vocum aut ver-  
borum strepitu, dum animus de sua  
uitate mentalis vunionis cum DEO  
gaudet. *Mixta* oratio ea est: quando  
mens eleuata & diuino amore ine-  
briata extrinsecus in voces amoris,

I 3. — lau-

198 HORTVS ORAT.

Iaudis, oblationis, petitionis, & gratiarum actionis cum ardentibus & ignitis suspirijs erumpit, dulcissimumque amorem suum inclamat, qui cor eius suatiibus flammis adurat & consumit: ac viscera sua dilatat, quo quantum fieri potest absorbeat infinitam & immensam abyssum summi DEI, quem summopere diligit, & ad quem cum incendo & insatiabili desiderio continenter anhelat: dicens cum Propheto

Psalm. 41.

Quemadmodum desiderat ceryus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sicutiuit anima mea ad Deum fortissimum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Omnia hæc orationum genera sancta sunt & bona, verum orationis mentis & ea quæ ex utraque mixta est animam quam citissime ad perfectionis fastigium, unionem diuinam, ardentissimumque Dei amorem perducunt, efficiuntque ut nos secus ardeat, ac si in clibanum fornacem succensem, ut ignem vel hemic

PARS SECUNDA. 199

hemetissimum immissa foret. Om-  
nem itaque operam & studium huc,  
Anima, confer, ut per feruidas ora-  
tiones, ardentia & ignita suspiria,  
teipsum continuo inflames, &  
cor tuum diuino amore succendas  
& ignias.

Quamvis autem ariditatis & ten- *oratio vocis*  
tationum tempore, oratio quæ vo- *tempore ariditatis utilis*  
ce fit, videatur conuenientior & *vtilis*  
utilior: attamen quando iam mens *est: nocina*  
*inflammata, & à sensibus auocata, verò quando*  
*diuinique amoris igne, post deuo-*  
*tam & feruidam meditationem,* *anima Deo*  
*succensa fuerit, animæ oranti magis*  
*est impedimento, quam adiumento.*

Imo fieri potest, ut anima, quæ  
sola vocis oratione delectatur, nun-  
quam ad eum amoris gradum per-  
ueniat, ad quem iij qui meditationi  
student, pertingunt: Sic enim ait  
Propheta. *In meditatione mea excedes-*  
*cet ignis.* Attamen unusquisque pro-  
prium donum habet à Deo, itaque  
quilibet unctionem sancti Spiritus  
sequatur: Quòd is eum duxerit, eò  
ductorem suum sequatur, & in ijs,

*Psal. 38.*

I 4

quæ

200 HORTVS ORAT.  
quæ ipse suggesserit, se exercitet.

Aduertat nihilominus Anima  
pia, ut amatori suo respondeat, nec  
ei ingrata sit, sed sollicitè ipsi pla-  
cere quærat, seque totam sanctissi-  
mæ voluntati eius resignet, ac om-  
nia quæ cogitat, loquitur, & agit ad  
laudem & gloriā Sanctissimæ Tri-  
nitatis, Patris, Filij & Spiritus San-  
cti referat. Amen.

*Porta per quam in hortum sancti  
Orationis introitur.*

Cant. 4. **T**O T A pulchra es MARIA, O ma-  
cula non est in te. Spetiosa, & labis  
omnis expers es, ô virgo purissima,  
coelorū regina, Imperatrix Ange-  
lorū, Domina mundi, & Mater Dei,  
ac proinde sis in æternū benedicta.

*Anima be-  
nedicit om-  
nes partes  
purissimi  
corporis Ma-  
rie Virgi-  
nis.* Benedictum sit caput tuum cœ-  
lesti sapientia plenum.

*Benedicti sint capilli tui, castif-  
simas mentis tuæ cogitationes sig-  
nificantes.* Benedicti sint gratiosi oculi tui,  
quibus prima videre meruisti Del-

*filium.* Bene-

Benedictæ sunt maxillæ tuæ, quas  
solus IESVS infantulus attrectauit  
& deosculatus est.

Benedictum sit mellifuum os  
tuum, quod suauissima oscula Dei  
filio impressit.

Benedicta sit sanctissima lingua  
tua, quæ prima post Angelum san-  
ctissimum nomen IESVS nominare,  
meruit.

Benedictæ sunt aures tuæ, quæ  
primæ ab ore Angelico sanctissi-  
mum nomen IESVS audire, dignæ  
habitæ fuerunt.

Benedictum sit collum tuum, quod  
IESVS sæpenumerò teneris bra-  
chijs suis strinxit, & dulciter am-  
plexatus est.

Benedicta sunt vhera tua, quæ IES-  
VS M laetare, & ab illius diuinis la-  
bijs contingi meruerunt.

Benedictum sit pectus tuum, ad  
quod frequenter dulcissimum IES-  
VS M strinxisti.

Benedictum sit purissimum gre-  
mium tuum, in quo IESVS adhuc  
puer, sæpè suauiter requieuit.

202 HORTVS ORAT.

Benedicta sunt brachia tua, quæ  
IE S V M gestarū & amplexata sunt.

Benedicti sunt pedes tui, qui amo-  
re IE S V magna sœpè itinera confe-  
cerunt.

Benedictus sit floridissimus &  
castissimus venter tuus, qui IE-  
S V M summi sempiterniq; Dei filiu-  
portare meruit.

Benedicta sunt sacratissima visce-  
ra tua, quæ nouem mēnsibus IE-  
S V M gestarunt, atque illius præ-  
sentia fructa sunt.

*Anima petit* O dulcissima & suauissima Ma-  
à B. Virgine ter IE S V , da mihi IE S V M filium  
Iesum filium tuum:da inquam illum mihi dulci-  
eius sub di- sima mater, in ea forma qua eum in  
uersis for stabulo peperisti: da illum mihi in  
mie. ea specie, qua eum pannis intul-  
isti, & super fœnum in præsepi ante  
bouem & asinum collocasti.

Largire illum mihi mater mis-  
ericordiæ, in ea forma qua illum in  
brachia tua, quando die octavo cir-  
cumcisus fuit, recepisti.

Da illum mihi in eo modo, quo  
illum in AEGyptum tulisti.

Dona

PARS SECUNDA. 203

Dona illum mihi Regina speciosissima, in ea forma, qua illum perditum post triduanam requisitionem, inuenisti, & amplexata es.

O M A R I A mater & adiutoria mea, da illum mihi in ea specie, qua illum, post mortem de Cruce solutum, toto corpore lacerum, sanguine perfusum, plagiisque & vulneribus plenum inter brachia tenuisti.

O M A R I A largire illum mihi in ea forma, qua eum in sepulchrum intulisti. Obscero te Domina sepeli eum in anima mea, & in sepulchro cordis mei, quamuis folido & immundo eum repone.

O M A R I A mater Dei, ecce tota sollicitudine quæro I E S U M filium tuum dilectissimum, & miseræ animæ meæ sponsum formosissimum: Ideoque te obsredo largire illum mihi: aut certè si, propter scelerum meorum immanitatem hoc beneficio indignus sim, ipsum mihi dare nolis, doce me ut minimum, quomodo & ubi illum reperiire valeam.

O Virgo sanctissima, intellexi

I 6 eum.

304 HORTYS ORAT.  
eum in sanctæ orationis horto inueniri, & in huius rei argumentum, in horto dum precibus ad Patrem concipiendis, intentus esset, capi voluisse: Ac proinde rogo ut me illic introducas, quandoquidem non tantum horti huius ianua, sed & Paradisi ostium es.

O MARIA ad te configio: te invoco mater sanctissima: aperi mihi dulcissima Dei mater: aperi mihi Angelorum regina: aperi mihi Imperatrix Paradisi: aperi mihi Mater misericordiae: aperi mihi parens piissima, & peccatorum dulcis aduocata: aperi mihi mater dulcis IESV mei. Perseuera in pulsando hic anima mea, haec enim est porta sancta: haec est via quæ ad sanctæ orationis hortum dicit: hic ordire quoties te ad orationem dare volueris, nam sic agendo bonum insignis profectus initium facies.

In orationis exordio sanctissimam hanc reginam saluta, ad hanc recurre, huic te commenda, hanc inuoca, hanc inclama, ab hac recessere

PARS SECVNDA. • 205  
dere noli priusquam tibi ostium  
patefaciat, teque intromittat: Hæc  
enim est thesauraria, porta, & dis-  
pensatrix omnium coelestium bo-  
norum & gratiarum: Ad hanc igi-  
tur in orationis principio mente  
deuota, dic.

A VE M ARIA gratiæ  
plena, Dominus tecū:  
Benedicta tu in mulieri-  
bus, & benedictus fructus  
ventris tui IESVS. Sancta  
M A R I A mater Dei ora  
pro nobis peccatoribus,  
nunc & in hora mortis.  
nostræ. Amen..

C V S T O S H O R T I .

I N conspectu Angelorum psallam tibi, Psalm. 136..  
adorabo ad templum sanctum tuum, &  
confitebor nomini tuo.

Salve Angele sancte, custos ani-  
mæ meæ, & vos pariter cæteri SS.  
Angeli, qui præsentes adestis, sal-  
uete.

I s Igno-

Ignorare vos nolo me Dominum  
I E S V M tota sollicitudine querere,  
quem intellexi in sanctæ orationis  
horto reperiri, h̄ic habitare, & hunc  
esse locum requietionis eius. Itaque  
rogo vos fratres m̄i carissimi, este  
mihi auxilio quo eum inuenire v̄  
leam.

Et tu mi socie p̄ræ cæteris obse-  
cro te, adiuua me: Tu enim es tutor  
meus, custos meus, & frater meus.  
Quapropter succurre mihi sancte  
Angele, omnes cacodæmonum iu-  
ratissimorum animæ meæ hostium  
machinationes à me repelle, & re-  
prime. Nosti etenim me tibi à Do-  
mino I E S V in tutelam ac custodi-  
am traditum esse, ac proinde cum  
omni diligentia tuere ac defende  
me. O charissime ac fidelissime  
amice ac socie, noli me deserere,  
opitulare mihi, defende me, illumi-  
na me, & esto mihi præsidio in cu-  
Etis necessitatibus meis: adhære-  
semper lateri meo, nec vnquam à  
me pauperrimo & opis indigentil-  
fimo discede. Quid enim agam san-  
cte

PARS SECUNDA. 167

ete Angele sine te? Quare adiutor  
mihi esto in hoc exilio, nectuo me  
vaquam præsidio destitue.

O S. Angele I E S V S Christus me-  
us & tuus Dominus suscipiat mini-  
steriū quod animæ meæ pauperi &  
derelictæ, in hac misera & infelici  
lachrymarum valle, exhibes, pro-  
qué eo mercedem sempiternam ti-  
bi rependat. Ades hoc Angele san-  
cte.

Benedicat tibi perenniter dulcif-  
simus & suauissimus meus I E S V S.

O quantè pulchritudinis es frater  
& socie mi: Quàm elegās, speciosa,  
& gratiarum plena est facies tua?  
Quàm decorus & splendidus vultus  
tuus? quàm gratus aspectus tuus:  
Quàm dulcis præsentia tua oculis  
meis?

Hoc pacto te geras anima mea:  
hæc est via qua breuissimè & citif-  
simè I E S V M in sanctæ orationis  
horto reperias: Commenda te con-  
tinuò quidem huic custodi ac tute-  
lari Angelo tuo, sed speciatim tum  
quando orationem instituturus.

aue:

108. HORTVS ORAT.  
aut aliquid operis incepturnus es.  
Poteris autem illum his aut simili-  
bus verbis, quæ te Dominus docue-  
rit, salutare.

**A**ngel Dei, qui custos es  
mei, me tibi commis-  
sum pietate superna, sem-  
per custodi, illumina, rege,  
& gubernas. Amen.

I E S V S, +, M A R I A &  
S. Pater Franciscus sint  
semper nobiscum.

Veniat dilectus meus in hortum  
suum.

*De preparacione ad Orationem*

CAPUT I.

*Ecclesi. 18.*

**A**NTE orationem prepara animam  
tuam, & noli esse quasi homo qui  
tentat Deum.

Difficillimum, atque operum  
omnium maximum est orationi in-  
tendere: atque idcirco S. Abbas  
Agathon dicere solitus erat: nullū  
laborem equiparari posse orationi:  
adeo-

PARS SECUNDA. 209  
adeoque summa industria & dili-  
gentia ei opus esse, qui orationi va-  
care velit. Hinc etiam recte monet  
Sapiens in praedicta sententia, 'vt  
oratus primū se præparet, ne sit  
quasi homo tentans Deum, qui in-  
consideratè agit, & ruine proximus  
est.

Quod cùm ita sit filij mei charis-  
simi, pauculos vobis flores in hoc  
nostro sanctæ orationis hortulo de-  
cerpendos ostendam, quibus vos  
ante orationem dignè præparetis  
& exornetis.

Primus itaque flos, quem vos col- Intentio al-  
ligere cupio, est: ut ante orationem te orationem  
prius intellectum erigatis, & inten- diligenter  
tionem vestram ad gloriam, laudem examinan-  
& honorem Dei, totiusque cœle- da.  
stis aulæ, atque ad salutem omnium  
viuorum, & animarum purganda-  
rum, & ad impetrationem rerum  
omnium necessiarum, animæ &  
corpori, tum vobisipsis, tum alijs,  
referatis: hæc namque debet esse  
principalis intentio vestra: ad quam  
in orationis principio, mente tan-  
quam

219. HORTVS ORAT.  
quam ad verum scopum dirigatis.  
Hoc pacto si orationem exorsi fueritis,  
pulcherrimum & fragrantissimum  
florem ex hoc hortulo nostro  
ad laudem Christi crucifixi, decer-  
petis.

Si deinde cum animis vestris ex-  
pendatis, quisnam potissimum lo-  
cus, & quod tempus huic sancto ex-  
ercitio conuenientissimum sit, duos  
non minus bellos, quam sapidos &  
utiles animę oranti flosculos carpe-  
tis.

Locus ora-  
tioni aptus  
quis,  
Matth. 6.

Tempus  
orationi  
maxime  
commodum  
quod.  
Psalms. 138.  
Psalms. 118.  
Psalms. 41.

Locus secretus & ab hominum  
consortio remotus huic sanctae ex-  
ercitationi accommodior est: sus-  
fragante Christo cum ait. *Cum granc-  
ris intra in cubiculum tuū, & clauso oslo-  
ora Patrem tutum.*

Tempus nocturnum & matuti-  
num orationi maximè conueniens  
& oportunum est, teste Psalmista,  
cum ait: *Nox illuminatio mea in delirijs  
meis.* Et iterum. *Media nocte surgebam  
ad confundendum tibi.* Et rursus. *In die  
mandauit Dominus misericordiam suam,*  
*& nocte canticum eius.* Et Psalmista  
Mane

PARS SECUNDA. 217.

Mane astabo, tibi & video, quoniam non Psalm. 3.

Dens volens iniquitatem tu es.

Præterea Fides, Spes & Charitas

sunt tres flores eximij decoris, animam ad orationem se dare volent & charitas plurimum venustantes, quod ad præparandum etiam suauissimo odore Deus tionem admirum in modum oblectatur. turi neceſſa

De hac fidè Christus loquens ait: ria sunt.

Omnia quæcunque orantes petitis, credite Marc. II.

qui accipietis & euenient vobis.

Qui enim ad orationem accessurus est, neceſſe habet, ut prius animam sanctæ fidei virtute præparet & ornat, firmiterque credat se omnia quæcunque petierit à Deo impetraturum, modò licita, debito modo petita, diuinæ voluntati conformia, suæque & aliorum saluti conducibilia fuerint: Has namqæ conditiones si oratio habuerit, certò credere ac sperare potest, Deum nihil eorum quæ postulauerit ei denegaturum. Itaque hac sancta spe ac fiducia prædictius, Deique ac proximi amore flagrans, securus ad orationem accedat, quia debitam in ſe

præ-

212 HORTVS ORAT.

præparationem habet, & non tantum florem, sed speciosissimam & fragrantissimam rosam, cuius odor ad coelos usque citissime perueniet, collegit. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur: & non discedet donec altissimum afficiat.*

Eccles. 35.

O quam bellus flos: quam frangans lilyum: quam odorata viola diuinis oculis & naribus est humilitas in oratione.

O quam insigni ornata ac præparatione decorata est anima, quæ ad orationem humilitatis indumento amicta, se recipit.

Ether 15.

De Regina Hester, cum ad Regem Assuerum maritum suū pro Iudeis interpellatura accederet, ait sacra Scriptura: Assurpsit duas famulas, & super unam quidem innitebatur, quasi pendelijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens; altera autem familiarum sequebatur Dominans, defluentia in hamum indumenta sustentans. Virtus cui anima, Deum sponsum suum precibus interpellatura, innititur, est si-

PARS SECUNDA. 213

des: Ea autem quæ vestimenta eius sustentat, est humilitas. *Ipsa autem roseo colore vultum perfusa: hoc est charitatis ornamento decorata ingreditur, ut ad libitum summo Regi & omnipotenti Deo creatori & amantissimo sposo suo loquatur.*

Ex hac viola humilitatis, aliis elegans flos enalcitur, accusatio nimurum sui ipsius, & peccatorum cōfessio: de qua Salomon ait: *Iustus prior est accusator sui. Huic autem præparationi ut satisfaciat anima, opus fuerit, ut ad orationem se datura, primum conteratur aut atteratur de omnibus peccatis suis, & illa confiteatur, aut si opportunitas id agendi desit, confiteri desideret, cum firme proposito, cuncta quæ diuinam maiestatem possint offendere, vitandi.*

De orationis partibus.

CAPUT II.

QVI de oratione mentis scribunt, eam sex partibus constare tradunt: puta: præparatione, lectio-

ne,

*Proverb. 18.  
Confessio  
peccatorum  
necessaria  
est oranti.*

214 HORTVS ORAT.

ne, meditatione, gratiarum actione, & petitione. Quæ sex partes, totidem huius nostri hortuli plantas constituunt, ex quibus elegantes flores & fructus decerpantur.

De prima earum iam egimus, tres posteriores in testamento sive pacto animæ cum Deo in tribus prioribus suspirijs explicabimus. De lectione & meditatione restat ut nunc agamus: De contemplatione vero nihil in hoc hortulo dicimus, sed peculiari libro de ea tractabimus, si vos filios meos in huius hortuli cultura sollicitos & diligentes animaduertero: Itaque orationem instituturi: præparatione, ut iam dictum est, præmissa: & lectio ne ac meditatione secundum eam methodum quam statim subiungimus confecta: & tribus prioribus testamenti præfati suspirijs adiunctis, eam ritè cōficietis, omnibusq; partibus suis absolutam reddetis.

*De modo orandi.*

SED forte priusquam de lectio neac

ne ac meditatione differamus, modum, sicutumque, ac compositionem corporis in oratione seruandam scire cupitis, vt & corpus tanquam animæ indiuicnus comes, debitè præparatum & ornatum ante conspectum summi regis in oratione compareat. Ex cuius notitia multos eximij decoris flosculos colligere, atque fertum inde confidere poteritis, quod Deo Patri omnipotenti omnium rerum visibilium & inuisibilium conditori offeratis.

Vt itaq; huic desiderio vestro satisfaciam. Scriptura, quæ omnium actionum nostrarum certissima & doctissima magistra & directrix est, diuersos orandi modos, quibus sancti vsi fuerunt, tradit. Moyses stans, manibusque in cœlum sublati orauit. Salomon genibus in terram fixis, brachijs expansis, vultuque ad terram inclinato. S. Maria Magdalena toto corpore in terram prostrata, pedes dulcissimi magistri sui IESU Christi lachrymis rigauit,

*Quis corpo-  
ris situs in  
oratione ser-  
uandus.*

216 HORTVS ORAT.

Luc. 7.

Luc. 10.

Matth. 26.

uit, capillis extersit, crebrisq; osculis deosculata est. Eadē Magdalena sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Dominus noster IESVS Christus passioni vicinus, & summis in afflictionibus genubus in terram positis, Patrem precatus est. Idem in Cruce toto corpore & manibus extensis orauit. Demum SS. Apostoli in die Sanctissimæ Ascensionis stantes facie ad cœlum directa, precati sunt.

Ex diuersimoda hac corporis compositione facilè animaduertere poteritis, quis corporum situs in oratione seruādus sit: Omnes namque iam dicti modi boni & sancti sunt, eō quod sacris literis exprimantur, nec mihi quis illorum melior sit temere statuēdū est. Quamuis in confessu sit genuflexionem ac in terram prostrationem humilitatis ac submissionis, quæ animam precibus incumbentem, mirum in modum venustant & ornant, indicium esse: maiorumque erga Deum qui ab omnibus simul creaturis nūquam

PARS SECUNDA. 217

quam satis honorari, reuereri & coli potest, reuerentiam demonstrare: proximusq; ad Domini nostri IESU Christi, ad cuius mores effingendos atque exprimendos totis viribus laborare debemus, imitatione accedere: qui in horto summis in angustijs & agonia constitutus, profunda cum humilitate ac reuerentia in terram prostratus Patrem deprecatus fuit. Pater, ait, si possibile est transeat a me calix iste.

Vt itaque illius quoad fieri potest, filioli mei, vestigijs inhæreatis, hunc in orationibus vestris corporis situm seruare poteritis. Primum genua humiliter flectere, deinde terra ter in honorem Sanctissimæ Trinitatis osculata, caput ad cœlū erigere, & oculos ad imaginem aliquam vel Christi in Cruce pendentis, vel B. MARIAE Virginis, vel Sancti alicuius: aut certè ad coelos conuertere.

In Ecclesia verò existentes, primum capite trinam SS. Eucharistia sacramento reuerentiam exhibere,

K deinde

*Genubus  
flexis orare  
maioris est  
reuerentiae,  
proximusq;  
ad modum  
orandi Christi  
accedit.  
Matth. 26.*

218 HORTVS ORAT.  
deinde oculis ad sanctissimum ta-  
bernaculum, in quo nostri amore  
Dei filius corporaliter conclusus  
est intentis: mente eleuata & alacri-  
considerare, quid facturi & cum  
quo sermonem habituri sitis. Per-  
pendere deinde ibi Deum non mo-  
dò quoad essentiam & potentiam,  
verum etiam quoad corpus præsen-  
tem esse, cùm sub hoc Sacramento  
verum Christi Dei filij corpus, &  
verus sanguis contineatur: In hoc  
consideratione paulisper immo-  
rando vosipso ad deuotionem &  
reuerentiam excitabitis.

Quo facto signo Sanctæ Crucis  
ter vos signabitis, & pectus tertio  
tundetis, dicendo: *Deus propitius esse  
mihi peccatori.*

Mox gratiam & auxilium impli-  
rabitis, quo hāc orationem ea cum  
deuotione, reuerentia & attentione  
qua par est, ordiri & absoluere pō-  
sitis. Rogabitis etiā vt in omnibus,  
quæ tum pro vobismetipsis, tú pro  
alijs viuis & defunctis postulaue-  
ritis, clemēter vos exaudire digne-  
tur.

Luc. 18.

PARS SECUNDA. 219

Posthaec in adiutorium omnes  
Angelos & Sanctos aduocabis:  
speciatim Angelum custodem, &  
inclytam Angelorum & Sanctorum  
omnium Reginam B. Virginem  
MARIAM, & IESVM filium eius:  
super omnia verò Sanctissimam  
TRINITATEM Patrem: Filiū: &  
Spiritum Sanctum: recitando hunc  
Psalmm. *Inclina Domine aurem tuam,* Psalm. 85.  
*& exaudi me, quoniam inops & pauper  
sum ego.*

Denique corde aut ore hæc suspi-  
ria subiungetis: O IESV. O IESV.  
O IESV. IESV dulcis, IESV  
suavis. IESV Pater benignissime.  
IESV mei amantissime. IESV to-  
tus amabilis & gratiose. IESV ple-  
ne omni dulcedine & suavitate. O  
IESV amor meus. IESV spes mea.  
IESV unicum desiderium cordis  
mei. Hæc & similia suspiria, quo-  
rum plura, Deo iuuante, facile repe-  
rietis si frequentaueritis ( credite  
mihi ) felicem & optatum exitum  
habebit oratio vestra, quia sanctis-  
simum hoc nomen: Est mel in ore,

K 2 & iu-

220 HORTVS ORAT.  
& iubilus in corde. Ac reuerenter  
ruminatum ac prolatum, immen-  
sam dulcedinem ac suavitatem se-  
cum adducit.

His peractis hanc orationem  
adijcere poteritis.

Aetiones nostras quæ su-  
mus DominC aspirando  
præueni, & adiuuando  
prosequere: vt cuncta no-  
stra oratio & operatio, à te  
semper incipiat, & per te  
cœpta finiatur. Amen.

#### DE LECTIONE.

##### CAPVT IIII.

PRAEMISSA hac præparatio-  
ne sequatur lectio, quæ varia se-  
cundūm materiei meditandæ di-  
uersitatem erit. Aliquando de mor-  
te, nonnunquam de purgatorie,  
quandoque de inferno, aliâs de cœ-  
lesti gloria, aliquando de vita E-  
s v Christi.

Ego verò, quamuis tota Christi  
vita

vita pulcherrima, iuaniissima, & ad  
mentem in oratione accendendam,  
accōmodatissima & efficacissima  
sit: optarem, vt nunquam aut certē  
rarissimè, quando videlicet solenni-  
tas præsentis festinitatis aliam me-  
ditationem exigit, à sanctissima  
Christi passione recedatis: præter-  
quam cùm Spiritus Sanctus dulci-  
bus & mellifluis bonitatis suæ in-  
fluxibus & inspirationibus aliò vos  
vocauerit.

O quantam voluptatem haurit  
cœlestis Pater ex eo quod nos in  
vnigeniti filij sui, qui plurimas no-  
stri causā contumelias, illusiones,  
vilipensiones & probra pertulit,  
tormentis ac nece rememoranda  
occupatos conspiciat: O quām gra-  
tum habet cùm ei in terris à pijs ho-  
minibus Christi in cruce pendentis  
imago ostenditur & offertur? O  
quām acceptum est I E S V Christo  
in cœlis, quòd filios suos, omnium  
pœnarum & tormentorum quæ  
prø eis exceptit meminisci, nec  
tanto beneficio per iugem memo-

K 3      riam,

riam, ingratos esse cernat.

*Oratio eff.* O beatissima virgo MARIA  
*excellētissima est* Mater Domini mei IESV Christi  
*petre à B.* dulcissima, quomodo facilius &  
*Virgine do-* efficacius à nobis permoueri & co-  
*nū aliquod,* gi potes, ut pro nobis intercedas &  
*per sanguinē* ea quæ postulamus impetres, quām  
*& paſſione* si tibi dilectum filium tuum cruci  
*filii ſuia.* affixum exhibeamus? sancta illius  
 vulnera ostendamus? dolores &  
 cruciatus enumeremus? tormenta  
 singula proponamus? coronam qua-  
 diuinum caput eius cinctum & co-  
 ronatum? flagella quibus innocen-  
 tissimum corpus eius concisum &  
 laceratum? clavos quibus manus &  
 pedes eius transuerberati? velum  
 quo facies eius obuelata? fel quo in-  
 summa siti potatus? & lanceam de-  
 niq; qua post mortem eius coram te  
 sacrū pectus eius transfoſsum fuit?

MARIA, MARIA, quis est, qui  
 donum aliquod quantumuis eximil-  
 um & præclarum, etiam si cœleſte  
 regnum fuerit, à te impetrare con-  
 tendat, qui hoc non citius affequa-  
 tur, si te obſecret & obteſtetur, per  
 alpas,

PARS SECUNDA. 223

alapas, per sputa, per blasphemias,  
probra, contumelias, iniurias & il-  
lusiones, quæ filius tuus nostrorum  
scelerum expiandorum causa tol-  
eravit?

Certò sciatis, fratres mei, nihil *Nihil in*  
*ita magnum, dummodo licitum & virtute pas-*  
*salutare vobis sit, peti posse, cuius seconis Chri-*  
*non statim co*potes eritis, si illud sti petitur,**  
*secundum hanc formam & metho-*  
*dum postulaueritis, dicendo.* *quod non*  
*obtineatur.*

O MARIA Mater IESV, hoc vel  
illud à te peto per pretiosum illum  
sanguinem, quem filius tuus in lig-  
no Crucis nostri amore profudit.

O MARIA per sanguinem illum  
sanctissimum: per sanguinem illum  
piissimum, quem speciosam faciem  
illius cruentare, ac per oculos de-  
fluere conspexisti.

O MARIA per sanguinem il-  
lum &c. per sanguinem illum &c.  
O MARIA hoc à te flagito per san-  
guinem illum, &c. neque enim sic  
mihi petenti quicquam negare po-  
tes. Responde mihi mater Dei, te  
namque obtestor & adiuro per san-  
guinem

K 4

RIA  
Christi  
us &  
& co-  
das &  
quām  
cruel-  
illius  
res &  
menta  
in qua  
& co-  
nocen-  
sum &  
anus &  
velum  
quo in  
am de-  
oram te  
n fuit?  
est, qui  
eximi-  
cœleste  
re con-  
ffsequa-  
ur, per  
alapas,

224 HORTVS ORAT.

guinem filij tui. O MARIA hoc do-  
num prorsus obtinere cupio, nec a  
clamoribus & obtestationibus cel-  
fabo, neque hinc recedam nisi me  
exaudieris.

Nihil ambigatis, filij mei, quicquid  
ita petieritis, vos sine vlla dubitati-  
one impetraturos. Imò hoc addo  
fratres, si vniuersi. celū, sanctos &  
Angelos omnes: B. Virginem MA-  
RIAM, & I E S V M Christum; &  
quod amplius SS. TRINITA-  
T E M, Patrem, & Filium, & Spir-  
itum sanctum, omnia quæ in mundo  
sunt, sine vlla sui motione mouentē,  
commouere cupitis, hunc modum  
precādi amplectimini, Christumq;  
in Cruce videntem eis exhibete.

Quapropter si ad sanctos clama-  
ueritis: dicendo, O sancti & sancte  
omnes qui coelestia regna tenetis,  
vos per pretiosum sanguinem & sa-  
cram passionem Domini nostri IE-  
s u Christi, cuius virtute atque  
auxilio ad tantam fœlicitatē per-  
uenistis, deprecor atque obtestor,  
vt hoc donum mihi impetrare dig-  
nemini.

nemini. O Angelici spiritus vos ad-  
turo & obsecro per passionem &  
mortē Domini nostri I E S V Chri-  
sti, cuius meritis & ope superbis &  
rebellibus Angelis eiectis, atque in  
ima terrae loca præcipitatis, vos in  
cœlo stabiles permanere meruisti:  
intercedite pro me. Denique si S.S.  
TRINITATEM inuocando dixe-  
ritis: O Pater: O Fili: O Spiritus  
Sancte: O Sancta & indiuidua TRI-  
NITAS, O I E S V, O M A R I A, O  
Angeli, O Sancti & Sancte omnes hoc  
peto, hoc postulo, hoc flagito pro  
eo dono aſſequendo, vos obtestor  
& obsecro, per singulas pretiosi  
sanguinis Domini nostri I E S V  
Christiguttas, per singula tormenta  
& cruciatus, ac totam denique  
sacram passionē eius, & omnia quæ  
pro nobis suscepit, fecit, & pertulit.

Hoc inquam si egeritis, & in pe-  
tendo perfeueraueritis, B. Virginem  
MARIAM, Angelos, & Sanctos  
omnes facile ad intercedendum  
pro vobis permouebitis: ac Domi-  
num I E S V M ad vos inclinabitis:

K 5 San-

226 HORTVS ORAT.

Sanctissimamq; TRINITATEM  
quodāmodo (si ita loqui fas est) co-  
getis, vt quicquid licitè & humili-  
ter petieritis, vobis largiatur.

Non immerite igitur S. Paule  
Apostole dicere potuisti: Nō enim in-  
dicare scire aliquid inter vos, nisi IESVM  
Christum, & hunc crucifixum. Et iterum.  
Mibi autem ab aliis gloriam nisi in Cruce Do-  
minis nostri IESU Christi. Longius for-  
tē quam par erat, digressus sum, sed  
ignoscite queso, filioli, nam sic vo-  
luit is qui omnia potest: sic placuit  
Christo crucifixo: cui sit sempiter-  
na laus & benedictio in secula secu-  
lorum. Amen.

Exhortatur  
filios suos vt  
tar, iterum dico: me cupere ut om-  
nius vestra lectio sit sub umbra pul-  
cherimae huius plantationis, sub  
felicissima inquam Sancte Crucis  
arbores.

Adam primus Parens humani ge-  
neris, post diuinæ iussionis præu-  
rificationem, alium locum tutiorem  
& ab ira Dei securiorem, quam lig-  
na paradyfi inuenire nequit. Hinc  
autem

I. Cor. 2.

Gal. 6.

III. 10.

PARS SECUNDA. 227

ait scripture. Et cum audissent vocem Gen. 3.

Domini Dei deambulantis ad auram post

meridiem, abscondit se Adam, & uxor

eius à facie Dei in medio ligni Paradisi.

Helias obdormiuit in umbra Iuni- 3. Reg. 19.

peri. Agar cum fugeret Dominam

suam, abiecit puerum subter unam

arborem, & flens ait: Non video mo-

rientem puerum Gen. 21.

Sub hac arbore legendō, & medi-  
tando peccator cœlestes iras eua-  
dit: sub huius arboris umbra sua-  
uem contemplationis somnum ca-  
piēdo: insidias maledictæ Iesabelis,  
hoc est, carnis, quæ afflictum & fa-  
tigatum Heliam, hoc est, spiritum  
acerrimè persequitur, effugit.

Hic ad clementiam & compassi-  
onem, Deum orando, legendō, &  
meditando prouocat: In hac lectio- Studium S.  
ne plurimum operæ & studij posuit P. Francisci  
S. Pater noster Franciscus, qui non fuit in pas-  
prius ab ea conquieuit, quam ma- sione Chri-  
nibus & pedibus, cum insigni & sti.  
cumprimis memorando miraculo,  
sacra Christi stigmata cum clavis  
impressa, ac latus luculento vulne-

228 HORTVS ORAT.  
re sauciatum vidit. Hęc fuit lectio  
illa dulcissima, quę illi in apertio-  
ne libri, tertio miraculosę admo-  
dum se obtulit.

Crucis enim sacrata lectio, ter  
Francisco se præbuit, dum ter librum  
aperuit; O Franciscus quam utilem  
operam in huius sancti libri lectio-  
ne & meditatione sollocasti: ora  
pro nobis S. Pater, ut tuis vestigis  
inhærere, & tam eximij magistri  
non degeneres discipuli esse vale-  
amus.

Itaque, filij, & fratres mei, consi-  
lium meum amplectimini, & quo-  
modo insignes ē fertilissima Cru-  
cis arbore ac Christi passione fru-  
ctus decerpere possitis, animaduer-  
tite.

*Modus in lectione obseruandus.*

CAPVT V.

*Instruit fi-  
lios suos de  
methodo,  
quam serua-  
re debant*

VT itaq; suaves ē passione Chri-  
sti fructus carpere valeatis, ne-  
cessarium est vt crebra & quotidiana,  
sed breui lectione, quatuor pa-  
siones ab Euangelistis conscriptas  
vobis

vobis familiares efficiatis: Quare à *in legenda*  
prima passione, quæ est S. Matthæi Christi  
principio facto, legetis ex ea una p<sup>a</sup>s<sup>i</sup>one,  
die octo vel decem lineas, aut plus:  
minusū secundū punctorū exi-  
gentiam: sequenti verò die, ab eo  
loco quo ante substitistis, eam pro-  
sequemini: & sic paulatim pergetis,  
quousq; omnes secundū ordinem  
absolueritis: ac tum denuò eadem  
methodo seruata, ad principium  
reuertemini, ita ut nunquam quam-  
diu vita vobis superfuerit exerciti-  
um hoc relinquatis: Et ne occasio-  
nem fluctuandi habeatis, certam  
vobis horam diei vel noctis, ad hoc  
exercitium pro commoditate ve-  
stra, statuetis; quam sine iusta causa  
vel necessitate nunquam in alijs re-  
bus transfigere, aut in aliud tempus  
transferre audeatis.

O quām insignes fructus, quæ lu-  
cra, quæ commoda, quos in spiri-  
tuali vita profectus ex hoc exerci-  
tio, si in eo constanter persistiteritis,  
referetis.

Imò, fratres, non laborabitis.

K. 7      mul-

230. HORTVS ORAT.

multū in cognoscēdo, nam aliquos  
ex tam sancto studio profectus ha-  
seritis, sed statim sentietis quām be-  
ne animæ vestræ cœlesti sapientia  
imbutæ sint. Quocirca documentū  
hoc nolite negligere aut flocci fa-  
cere, scientes: quod si socij passionis  
tis & consolationum, in præsenti vita  
primum, & postea in futura.

3. Cor. i.

Postquam iuxta sanctam hanc  
praxim: præclaram & cœlestem  
hanc doctrinam bene perceperitis,  
eamque penè totam memoria con-  
sideritis, quando ad orationem ac-  
cedetis, poteritis sine libro lectio-  
nem vestrā ad mentem reuocare,  
& mysterium illud siue punctum  
quod continet assumere, mente re-  
uoluere, ac meditationem super il-  
lo vel breuem, vel longam, iuxta  
temporis vobis concessi longitudi-  
nem vel breuitatem, instituere.

*Modus semper orandi & meditandi  
sine aliquo impedimento.*

*Dicitur*

CAPUT VI.

**D**ocumentum hīc, fratres, no-  
tabile

tabile adijciam: si primū rogaue- modus ora-  
ro, ne vñquam flores & fructus hu- tionem facio-  
nus horti carpere & colligere desi- cile ac sine  
natis ; sed omni tempore quo- impedimen-  
ties , aut ab obedientia , aut ab alia to instituen-  
re corpori vel animæ necessaria im- di.

pediti non fueritis, statim hunc san-  
ctæ orationis hortum ingrediami-  
ni, ibiisque sub umbra arboris S. Cru-  
cis legendο, orando ac meditando  
requiescatis.

Et ne vñquam inde vobis necesse  
fit egredi , insignem & facilem me-  
thodum hīc adnectam, quam si di-  
ligenter seruaueritis, nulla nec obe-  
dientia , nec necessitas , siue corpo-  
ralis , siue spiritualis , ab hoc horto  
abstrahere , & suauia ac iucunda hu-  
ius speciosæ arboris vmbra vos  
priuare valebit.

Quare, fratres charissimi , vt ad  
hoc paulatim assuescatis : namq; in  
initijs negotium hoc aliquanto dif-  
ficius , ne dicam laboriosissimum  
est: velim vos singulo quoque die,  
punctum vnum siue mysteriū Do-  
minicæ passionis meditandum af-  
sumere.

sumere, atque illud viginti quatuor  
horis continuis mente retinere, à  
summo manè vnius diei initium fa-  
ciendo, usque ad auroram alterius  
diei: nec quicquam aliud præter-  
quam mysterium quod assumpseri-  
tis cogitare: omnia quæ agitis, dici-  
atis & cogitatatis, eo vel ore, vel cogi-  
tatione referre: ea que Domino IE-  
sū Christo in ea specie ac forma,  
quam mysterium illius diei exigit  
repræsentato, offerre: hac namque  
ratione, mens vni duntaxat rei in-  
tentia collectior atque attentior est:  
& si aliquando alio diuertat, mox  
in se reuertitur, quo adusque tem-  
poris & exercitationis diuinitate,  
ad omnimodam recollectionem  
assuefiat: quod tantò citius fiet,  
quanto hoc exercitium feruentius  
tanquam unicum ac debitum exer-  
cuerit.

Certum itaque exercitio huic  
tempus præfigi volo: ita ut vel post  
matutinas vel post primam, secun-  
dum quod vobis melius ac commo-  
dius videbitur, illud inchoétis, ean-  
demque

demque postea horam quam semel  
elegeritis semper seruetis:nec eam  
leuiter transferre audeatis:nam hoc  
pacto mens non difficulter ad ean-  
dem horam, idemque exercitium  
assuefit, cui per leuem horæ muta-  
tionem facile fastidium generatur.

Ea autem hora, quam vobis præ-  
stiteritis, vnu quisque animam su-  
am his verbis alloquatur. O anima  
mea quid hodie factura es? Quod  
erit opus tuum? Que occupatio tua?  
Ac deinde proposita ei lectione il-  
lius dici, è sacra Christi Domini  
passione subiunget.

Hoc tuum erit exercitium: hoc  
munus & officium tuum, hæ tuæ  
partes: in huius lectionis meditati-  
one versaberis: in hac omnes vires  
tuas expendes: huc totam industri-  
am, omnemque scientiam tuā con-  
feres: hic denique teipsam totam  
quantacunque es impendes.

Cae ne negligenter, lentè, &  
oscitarter hoc agas, ne pudorem &  
confusionem pro fructu reportes.  
Memento omnes homines hodie in  
opere

*Soliloquium  
cum anima.*

234 HORTVS ORAT.  
opere aliquo distineri: Alij pecorū  
curā agunt, alijs agriculturæ operam  
dant: alijs vestimenta consarcinant,  
alijs calceamenta reficiūt, alijs labore  
lignario vacāt, alijs arbores cædunt,  
alijs libros compingunt, alijs texunt,  
alijs nent: alijs studijs & lectionibus  
incumbunt, &c., vt vno verbo dicam,  
nemo est qui non operi alicui in-  
tētus sit: nobiles & ignobiles inex-  
ercitio aliquo occupantur: turpe  
tibi fuerit, si à fōridis opificib⁹ te  
superari patiaris, qui totam diem  
laboribus grauissimis cum maxi-  
m⁹ membrorum, atque totius cor-  
poris fatigatione impendunt.

*Propositum  
firmum ma-  
gnam habet  
efficaciam  
ad mentis  
stabilitatē.*

Hoc propositum stabile, magnā  
vim & efficaciam habet, mentem  
recollegendi: quæ quāuis postea  
nonnunquam ad alia diuagetur,  
mox tamen vt se distractam aduer-  
terit, valentius cogitationes suas re-  
stringit, vt ita post paucorum die-  
rum exercitationem, ad insignem  
stabilitatis gradum perueniat: tan-  
demque id assequatur, vt coelesti  
auxilio suffulta & corroborata, ita  
Deo

Deo in omni opere vnta fit, vt nec  
obedientia, nec vlla necessitas siue  
corporalis, siue spiritualis, eam à  
pedibus Christi Crucifixi, auellere  
ac remouere possit, sed manducando  
bibendo, stando, ambulando, legen-  
do, scribendo, & quicquid aliud  
operis agendo, cùm hæc omnia sine  
nimia solicitude agat, in IESVS  
Christi vulneribus moretur. O dul-  
cedinem, O suauitatē sanguinis IESVS  
Christi. O dulcem. O gratian.  
O exoptabilem arboris sanctissi-  
mæ Crucis vmbraim. O Beatos &  
millies beatos qui ad fœlicem hunc  
statum pertingunt, vt continuo sub-  
incundo huius arboris vmbraculo,  
requiescant: O IESVS subueni atque  
opitulare nobis, tibi humili prece  
supplicantibus; & da ut de illorum  
numero simus, qui te toto corde di-  
ligunt.

Fratres vobisipsis nolite deesse,  
nam IESVS nemini opem negat,  
imò tota diligentia & industria  
quærat, quib⁹ benefaciat. Ipse nam-  
que est qui ait: Ego sto ad ostium & Apoc. 3.  
pulso,

236 HORTVS ORAT.  
pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad il-  
lum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum:  
*Nier.3.* Ipse est qui clamat. Conuertimini filij  
reuertentes.

*Proverb.23.* Præbe fili cor tuum mihi.

Sed præterea nostram exigit co-  
operationem, ut strenuè in præcla-  
ris ac pijs actionibus desudemus:  
Quia ad magna pœnia perueniri  
nō potest, nisi per magnos labores,  
vt D. ait Gregorius.

Praxis eximia ex cunctis rebus  
fructum referendi.

*Modus ex*  
*omnibus re-*  
*bis fructum*  
*barriendi.* Quisquis mentis stabilitatem  
adipisci desiderat, omnia quæcun-  
que agit ad Deum referre affinet.  
Cùm comedit: singulas buccellas in  
vulnera Christi IE s v intingat.

Cùm bibit, imaginetur sibi, se  
sanguinem Christi bibere.

Cùm pane aut carnis vescitur:  
cogitet se coelestem panem atque  
innocentissimas Christi carnes,  
quibus in Sanctissimo Eucharistia  
Sacramento fideles reficiuntur, má-  
ducare.

Cùm manus lauat: consideret  
quanta

PARS SECUNDA. 237

quanta mundities requiratur ad sanctissimi Eucharistiae Sacramenti perceptionem.

Cum scopat apud se ita suspiret: Utinam possem tanta cum diligentia scopare, atque a fôrdibus scelerum emundare animam meam, ut Dominus meus ad eam inhabitandam venire dignaretur.

Cum se induit, dicat: utinam possem me vestire & adornare speciosissimo sanctae charitatis, ac pretiosissimo gratiae Domini mei IESU Christi vestimento.

Cum se exuit, dicat: utinam possem aliquando me ab omnibus passionibus & imperfectionibus penitus exuere.

Cum ad lectum somnum capturus vadit, cogitet & dicat: utinam possem in iucundissima S. Crucis umbra obdormire: & suauiter in saeris Domini mei IESU Christi vulneribus requiescere.

Cum surgit: imaginetur sibi se vocari ad labores sanctae orationis, & ad excolendum amoenum & delecta-

238 HORTVS ORAT.  
lectabilem hunc hortulum.

Similes ex cæteris operibus al-  
pirationes formare consuescat.

Partitio lectionum singulis hebdoma-  
dæ diebus meditandarum.

### CAPVT VII

T Ranseamus nunc ad praxin lec-  
tionum & meditationum, ac  
primò lectiones secundūm hebdo-  
madæ dies in septenariū numerum  
distinguamus, ac vnicuiq; diei suam  
affinemus.

Dominica die meditatio institue-  
tur de mysterio lotionis pedum.

Luna. De oratione Christi in  
horto.

Martis. De illusione Christi in al-  
ba ueste ab Herode.

Mercurij. De flagellatione.

Iouis. De coronatione.

Veneris. De Crucis ad locum Cal-  
hariæ baiulatione.

Sabbatho. De Crucifixione.

Atq; hoc circulo semel comple-  
to, ac euoluto: ad principium re-  
deundum erit.

Lectiones

PARS SECUNDA. 39

Lectionum meditationibus singulorū  
hebdomadæ dierum responden-  
tium designatio.

TRIBVAMVS iam singulis me- Lectiones ex  
ditationibus suas quoque lectiones Euangeliō  
ex sacro Euangeliorum textu de- de promptæ  
sumptas. singulis heb-

Dominica die Lectio erit de lotio- donadæ  
ne pedum, quę apud S. Ioannem Eu- diebus re-  
angelistam Cap. 13. extat. spondentes.

Surgit à cœna & ponit vestimenta sua, Dominica  
& cùm accepisset linteum præcinxit se. diei Lectio.

Deinde misit a qua in peluum, & cepit  
lauare pedes discipulorum : & extergere  
linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad  
Simonem Petrum, &c.

Lectio diei Lunæ erit ex S. Euani- Lectio diei  
gelista Luca Cap. 22. Lunæ.  
vbi ait:

Egressus ibat secundum consuetudinem  
in montem oliuarum: secuti sunt illum &  
discipuli: & cùm peruenisset ad locum  
dixit illis. Orate ne intretis intentationem.  
Et ipse anulsus est ab eis quantum iactus  
est lapidis: & positis genibus orabat di-  
vens: Pater si vis, transfer calicem istum  
à me,

240 HORTVS ORAT.

à me, verum tamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum: & factus in agona prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.

Lectio diei  
Martis.

Lectio diei Martis apud eundem S. Euangelistam Lucam Cap. 23. extat. vbi dicitur. Sprenit auem illum Herodes cum exercitu sic illusus induitum vestite alba, & remisit ad Pilatum.

Lectio diei  
Mercurij.

Lectio diei Mercurij, est in S. Euangelista Ioanne Cap. 19. vbi sic legitur. Tunc ergo apprehendit Pilatum IESVM & flagellavit.

Lectio diei  
Iouis.

Lectio diei Iouis à S. Matthæo Euangelista his verbis cap. 27. describitur. Tunc milites praesidis suscipientes IESVM in prætorium, congregaverunt ad eum uniuersam cohortem: Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes. Ave Rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius, & postquam illuserunt ei, exuerunt cum chla-

myde

PARS SECUNDA. 241

myde, & induerunt vestimentis suis, &  
duxerunt eum ut crucifigeretur.

Lectio diei Veneris, est apud S. *Lectio diei*  
Ioannem Euangelistam Cap. 19. *Veneris.*  
cūm ait. Tunc ergo tradidit eis illum ut  
crucifigeretur. Suscepserunt autem IESVM  
& eduxerunt, & baiulans sibi Crucem  
exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum.  
Hebraicè autem ~~Gotha.~~

Lectio denique diei Sabbathi, ab *Lectio diei*  
eodem Euangelista eodem Capite *Sabbathi.*  
his verbis describitur,

Vbi crucifixerunt eum. Et cum eo alios  
duos hinc & hinc, medium autem I E-  
SVM.

Quod planius à S. Euangelista Luca  
Cap. 19. traditur, cūm ait: Ducebantur au-  
tem & alij duo ne quam cum eo, ut cruci-  
figerentur: Et postquam venerunt in locum  
qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt  
eum, & latrones unum à dextris & alte-  
rum à sinistris.

Hæ sunt, fratres charissimi, le-  
ctiones, quas cuperem vos toto vi-  
ta vestræ tempore, die nocteque in  
omni actione mente retinere, ac  
diligenter reueluere: sic namq; citò

L infig-

242 HORTVS ORAT.  
insignem huius doctrinæ suavitatem gustabitis.

*Praxis lectionis diei Dominicae.*

CAPUT VIII.

*Psalm. 62.*

Quid fit me-  
ditio.

*Meditatio-*  
*diei Domini-*  
*nicæ.*

**D**ISSE R A M nūt qua ratione ac methodo sanctas has lectiones amplificare ac in paxin redigere debeat, quo animæ vestræ deuotio-  
nis adipe impingetur, iuxta illud Prophetæ dictum : *Sicut adipe & pin-*  
*guedine repleatur anima mea.* Quod ve-  
clarius atque dilucidius fiat, expli-  
candum est quid sit meditatio, ut il-  
lius natura perspecta, facilius in ca-  
vos exercere valeatis.

**M E D I T A T I O** nihil aliud est,  
quam diligens, subtilis & minuta  
rei propositæ peruestigatio: Exem-  
pli causa.

Primæ lectionis meditatio hæc  
est. Considerare modum quo Christus Dominus in Iauandis pedibus  
discipulorum usus est: Quomodo  
videlicet à mensa surrexerit: tuni-  
cam deposuerit: linteo se tanquam  
abiectus minister præcinxerit: pel-  
uum sumpserit; aquam solus sine al-  
terius

PARS SECUNDA. 143

terius ope infuderit: genibus in terram procubuerit: Iudæ pedes primum lauerit, illisque ablutis eos exterserit, atque osculatus fuerit.

O anima mea, in contemplatione tam insignis operis aliquantis per immorare: & eximiam Dei, Creatoris & Redemptoris tui humilitatem attentè in pice: Attende quāta fit hic secretorum profunditas, quandoquidem Deus usque ad se dimittit, ut pedes Iudæ proditoris sui abluere non dignetur. PENS A quanto te amore complectatur Deus, qui tibi tam insigne humilitatis exemplum præfert.

CONSIDERA ergo quid tibi nunc factò opus sit: quamq; necessaria tibi sit profunda humilitas, si Deus summæ maiestatis usque ad eò se humiliauit. Animaduerte quis stupor, qualisque admiratio discipulorum animos occupauerit, quādo magistrum & Deum suum ante pedes suos procumbentem conspexerunt.

Incredibilem sanè stuporem at  
L 2 que

244 HORTVS ORAT.  
que admirationem credibile est  
corda discipulorum impletuisse:  
speciatim Petri: qui vehementer in-  
doluit ac ægerrimè tulit, quando  
Iudam sine vlla regulatione, pedes  
sibi lauari permittentē, cōspicatus  
est: vnde cūm Iesus ad lauādos pe-  
des eius accessisset, totus attoni-  
tus & quasi extra positus ex tam  
profunda Domini sui humilitate,  
pati non poterat, IESVM adeo se  
demittere, vt pedibus eius accide-  
ret, atque infimorum famulorum  
ministerium sibi exhiberet: Fuerat  
quidem ante cūm eum aquam in  
peluum infundentem, ac linteo se  
præcingentem cerneret, ingenti  
admiratione tentus, dum quid sibi  
his ritibus vellet secum stupens co-  
gitaret: at posteaquam IESVM  
cum pelui ad pedes suos lauandos  
accedere vidit, nulla lingua expri-  
mere sufficit; quanto tum stupere  
pariter ac metu circumfusus sit:  
Quare illachrymans clamare co-  
pit. Domine tu mihi lauas pedes?

Iean. 13.

Hæ & aliæ similes consideratio-  
nes

PARV SECUNDA. 245  
nes de humilitate Domini IESU  
Christi, sunt meditatio primæ le-  
ctionis.

Praxis lectionis dicit Luna.

CAPUT IX.

TRANSE VND O nunc ad se- *Meditatio*  
cundam lectionem, de Christi *dici Luna.*  
oratione & agonia in horto: medi-  
tatio super ea hæc est.

Totius rei gestæ historiam à S.  
Luca Euangelista accuratissimè de-  
scriptam, diligenter considerare: ac  
singula illius verba voluere, ac sæpè  
ruminando reuocare. verba S. Lucæ  
sunt hæc.

*Et egressus ibat secundum consuetudi-  
nem in montem Oliuarum. CONSIDE-  
RA hic anima mea, primū: Quām  
fuerit frequens & assiduus Domi-  
nus tuus in oratione: quādoquidem  
iuxta morem suum, diurno tempo-  
re populos cœlestis doctrinæ præ-  
ceptis erudiebat, ac sermonibus ad  
eos habendis operam dabat: no-  
cturno verò precibus diligentissi-  
mis incumbebat. Hinc animaduer-*

L 3 tere

246 HORTVS ORAT.  
tere potes ambris illins magnitudinem quo te complectebatur:  
cūm nullis laboribus ac vigilijs tua  
causa parceret, nec die nec nocte à  
tua salute curanda auocari se pate-  
retur: die prædicationibus, nocte  
precibus eam constituendo, vnde  
scriptum est. Erat per noctans in oratione  
Dei.

Luc. 6.

CONSIDERA quām tibi sit necessaria oratio; cūm IESVS  
quem nulla necessitas orandi con-  
stringebat, vt tibi exemplum pra-  
monstraret, noctes integras, sine  
somno in orationibus transtegerit.  
Redargue tuam segnitiam & osci-  
tantiam in tam sancto exercitio.

ATTENDE quodd discipulos se  
cum ducat, vt videant quām diffe-  
rens sit hæc agonia, à gloriola trans-  
figuratione quam in monte Tha-  
bor, cōspexerant. Pensa quām utile  
sit orationis studium, siquidem dis-  
cipulis dicit: *Orate vt non intrexit in  
tentationem.*

CONSIDERA quanto amore  
Christus erga discipulos flaget,  
cum

PARS SECUNDA. 247

cum ab ipsis vix quantum iactus est  
lapidis separari potuerit, quod eti-  
am S. Euangelista Lucas Cap. 22.  
verbo, *auelus*, quod magnam vim  
notare videtur, declarat, quasi  
Christus a charissimis sibi discipu-  
lis, non sine maximo dolore auelli  
quiuerit.

ATTEND profundam Chri-  
sti humilitatem, qui in terram hu-  
miler procumbit, & magna cum  
veneratione ac reuerentia suam  
orationem auspicatur. Pensa quam  
fuerit voluntas illius voluntati Pa-  
tris unita & in omnibus confor-  
mis: quandoquidem voluntatem  
suam Patri prorsus resignat dicen-  
do. Si vis, veruntamen non mea voluntas,  
sed tua fiat.

INTVERE quanta cum reue-  
rentia ac tremore accesserit Micha-  
el Angelus Dominum suum in hac  
lucta corroboratus. Imaginare  
insuper animo, quantum dolorem  
Angelus ostendisset, quas lachry-  
mas profudisset, si natura illius ha-  
rum passionum capax fuisset, quan-

L 4 do

248 HORTVS ORAT.  
do Deum & cōditorem suum tan-  
tis afflictionibus obrutum conse-  
xit.

Gratias age Angelo de Charitate  
quam Domino suo exhibuit, quod  
ad eum confortandum de cœlo de-  
scenderit.

Perpende quantam Deus eorum  
qui in afflictionib[us] & aduersitat[i-]  
bus constituti sunt, curam gerat,  
quandoquidem Angelos ad eos in  
tribulationibus confirmandos &  
corroborandos mittit.

CONSIDERA magnitudinem  
afflictionis IESV Christi, qui opis  
habuit cōfortatione Angelica. Pen-  
si quanto Christus dolore pressus  
fuerit, qui factus est similis homini  
agonizanti, atq[ue] animam in manus  
Creatoris sui commendanti.

CONTEMPLARE quantis an-  
gustijs circumdatus sit Dominus  
tuus, quandoquidem sanguinem  
adē copiosum sudat, ut etiam ter-  
ram irriget. Aspice ut per sanctam  
illam faciem, per oculos, per nar[es],  
per os, per totum denique corpus  
sanguin

sanguineæ guttae defluant, ac pri-  
mùm vestimenta, deinde terram in-  
ficiant.

Hic ad deuotionem cor tuū suc-  
cende, ac IESV afflito medullitus  
compatere, desidera faciem eius su-  
dario tuo abstergere, preciosas san-  
guinis eius guttas colligere, terrā,  
lapides & herbas sacro hoc cruce  
conspersas lugere & osculari.

CONSIDERA demum ingen-  
tem vim & ardorem charitatis IES-  
V Christi, qui cùm secum statuif-  
set pro humani generis salute mor-  
tem oppetere, atque ab Angelo in  
hoc proposito confirmatus esset:  
amore ardentissimo erga genus hu-  
manum inflammatus est: Quare  
charitas ad eorū eius angustiatū ac-  
currēns, cùm illuc propter natura-  
lem timorem ac pauorem, quo cor  
Christi ante concussum fuerat, om-  
nem sanguinem, ad corroboratio-  
nem illius confluxisse animaduer-  
teret: charitas quæ cor Christi oc-  
cupare laborabat, omnem illum  
sanguinem tanta cum vi per venas

L 5 impu-

250 HORTVS ORAT.  
impulit, ut venis ante vacuis imple-  
tis, etiam cutem penetrare coege-  
rit, in tanta abundantia ut terram  
madefecerit.

O bone I E S V. O afflicte & moe-  
ste I E S V. O I E S V amor meus; quid  
est hoc quod cerno, in facie tua cum  
lachrymis & sudore sanguinē com-  
miseri, idque mihi causa? O I E S V  
spes mea: quid est hoc quod conspi-  
cio: ut cor meum consolationibus  
impleres, tuum amaritudinibus  
& tristitia confici voluisti? O bone  
I E S V omnem tuam angustiam &  
dolorem, in malignum & ingratum  
cor meum transfundere: atque purum  
& innoxium cor tuum ab omni  
molestia expedi & libera.

*Praxis Lectionis diei Martis.*  
Huius diei lectio est, de illuſſi-  
one Christi ab Herode, quæ ab  
Euangelista Luca his verbis descri-  
bitur: *Spreuit autem illum Herodes cum  
exercitu suo.*

Hic Anima pia considerat, quo-  
modo Herodes, cum I E S V M nec  
loquentem, nec vel verbum unum

ad

Meditatio  
diei Martis.

PARS SECUNDA. 251

ad interrogata respondentem cerneret, ei tanquam stulto & vesano homini colaphum infregerit, collum pugno percusserit, naso vel barba per ludibrium eum arripuerit: aut simili aliquo dedecore eum affecerit, verbis probrosis adiectis. Cuius exemplum secuti vniuersitatem aulicis risu & sarcnis eum exceperint, maximè cum cum alba & sordida veste, quæ stultorum erat insigne, vestiuissent, arundinemque manu eius inferuissent.

CONSIDERA deinde quomodo IESVS de palatio cum veste hac egrediens, & per medium aulam transiens, ac per scalas descendens, ab omnibus derisus, ludibrio habitus, multisque contumelijs & contumicijs oneratus, ac varijs modis dishonestatus fuerit: alij calcibus latera eius feriebant, alij vnam in partem, alij aduersam in partem eum impellebant: alij ore distorto eum irridebant, alij naso, alij capillis, alij barba eum trahebant.

Hic etiam tibi imaginari potes  
L 6 sibilos,

252 HORTVS ORAT.  
sibilos, voces, clamores, quibus  
post tergum eius vociferabantur, ac  
probra in eum iaciebant: Postea-  
quā verò de palatio foras egressus,  
rabidi illi canes, Iudæi videlicet,  
eum tam insigni contumelia affe-  
ctum conspexerunt; quis explicare  
sufficiat, quæ risus sustulerint? qui-  
bus ludibrijs eum ceperint? quæ  
conuicia in eum iactauerint? qui-  
bus denique sibilis & clamoribus  
sydera compleuerint? Itaque de-  
nuo illum ad domum Pilati comi-  
tati sunt, voces blasphemiarum &  
contumeliarum plenas in eum eu-  
mentes.

CONSIDERA adhuc, quæ  
multis per viam hanc verberibus &  
percussionibus, quæ varijs con-  
fusionibus & contumelijs, quæ  
impuris dictis & conuicijs IE S V S  
oneratus fuerit: hic illi alapam im-  
pingebat, ille pugno cædebat, alias  
lapidibus, alias puluere, alias luto  
eum impetebat.

O IE S V IE S V spes & refugium  
meum, quæ indignis modis tra-  
ctari*et*

PARS SECUNDA. 29

Etaris? Quantis ludibrijs & probris,  
tu qui es summa Patris sapientia,  
vexaris? O IESUS V illuse, O IESUS ho-  
stibus prodite, quid est hoc quod  
agis vna spes animæ meæ?

Praxis Lectionis diei Mercurij.

ECQUE lectionem huius diei,  
quæ flagellationem Christi conti-  
net, mens humana vel Angelica me-  
ditari sufficit? Subsistit hic aliquan-  
tis per anima mea, ac mentem à sen-  
sibilibus rebus ad teipsam auoca: &  
cosidera quomodo Pilatus IESUM  
iussit apprehendi & duci in præ-  
torium.

Quomodo mandauerit, ut à car-  
nificibus, immanitate ac truculen-  
tia teterimis, qui omnem penè hu-  
manitatem exuerant, acerrimè fla-  
gris cæderetur, ut ita rabiem tetra-  
rum ac immanium illarum bellua-  
rum, Iudaici videlicet populi, sa-  
tiaret.

Quomodo carnifex mandatis  
a Pilato acceptis, IESUM mansue-  
tum agnum, cum immani furia tan-

Meditatio  
diei Mercurij.

L 7      quam

254 HORTVS ORAT.  
quam lupi rabidi, vestibus spolia-  
uerint, eumque ad aulam trax-  
rint.

Quomodo IESVS speciosus for-  
ma præ filijs hominū nudus & pu-  
dore suffusus cora barbara & im-  
pura gente, ad ludorum furētum  
rabiem sedandam steterit.

Quomodo IESVS nudato, carnifi-  
ces primū brachia tenera arri-  
puerint, illisque columnæ circum-  
positis crassis funibus validissimis  
que nexibus manus simul colliga-  
uerint ac strinxerint.

Quomodo benedictos eius pe-  
des vinixerint, eosque cum insigni  
feritate columnæ lapideæ circum-  
torserint & constrinxerint.

Quomodo IESVS non tantū nō  
murmuret, nec excandescat aduer-  
sum tortores suos, sed de illorum  
etiam perditione medullitus com-  
moueatur: quos aliquādo etiam di-  
uinis oculis respiciebat, ut corda  
eorum emolliret & conuerteret,  
ne omnino perirent.

Quomodo Iesu iam vincito, car-  
nifex

PARS SECUNDA. 255

nifices flagella expedierint, & quidam ex eis cæteris robustiores, funibus, alij loris, alij asperioribus flagellis, tenerum & innocens FES v Christi corpus cädere ac verberare coeperint: vnuis delicatissima illius brachia, alter sacratū pētus, tertius speciosum collui iectibus conciderit & lacerauerit, non aliter ac si affectissimum aliquod animal, aut aridam humum certam ferirent.

Heu heu, nulla tanta est facundia, nulla tanta orationis vis, quæ huius supplicij magnitudinem explicare quear.

CONSIDERA igitur anima mea, pio cum affectu: IESVM dulcem sponsum tuum verberibus omnino liuidum, sanguine cruentatum, ac toto corpore lacerum, adeò ut sanctissimæ & delicatissimæ carnes illius nō paucis in locis euulsa per terram sparsæ iaceant.

ASPIRE ut omnia quaquauersum sanguine conspersa sint. Intueret terram sanguineis riuis fluente:

tem: Cerne columnam cruentam  
didam: Aspice vestimenta carnifi-  
cum pretioso I E S V sanguine tin-  
cta: Vide flagella sanguine penitus  
imbuta, cui multis in locis parue  
adhuc carnis particulæ ex corpore  
mansueti Agni adhærescebant, qua-  
rum nō paucæ in terram sparsæ fue-  
runt.

CONTEMPLARE anima mea  
pium I E S V M , non est ei species  
neque decor: vulneribus ac liuori-  
bus plenus est: venæ apertæ sangu-  
ne diffundunt: carnes eius varijs in  
locis euulsæ iacent: spina dorsi pe-  
nitus lacerata ac labefactata est.  
Heu quam turpiter est deformatus,  
ita ut nullam amplius formam spe-  
ciosi I E S V , sed foedissimi leprosi  
referat.

CONSIDERA posthæc anima  
mea, quid interea sancta I E S V Ma-  
ter MARIA , quæ foris ante pala-  
tium Pilati cum cæteris turbis con-  
fistebat, egerit. Quis ei sensus, quæ  
mens fuerit, dum immaniū ietuum  
sonitum, ministrorum tumultum,  
& po-

& populi clamores auribus hauri-  
ret. O afflita & moesta mater,  
quanta tunc obsecro cordis tui fuit  
angustia?

CONSIDERA deinde, quid è  
contrario pium cor IESV senserit,  
cum corpus illius diris flagellorum  
ictibus laceraretur: animus verò  
lamentis, & mœstis querimonijs  
afflictissimæ matris suæ torquere-  
tur.

CONTEMPLARE anima mea,  
vt pius & mansuetus IESVS in  
tantis angustijs constitutus non ha-  
beat ubi caput suum, quod præ ni-  
mia corporis debilitate aliquo  
ceruicali egebat, reclinaret: sola  
aderat columna lapidea, cui cum  
capite incumberet, sed neque hoc  
patiebantur illi ab omni humanita-  
te & clementia alieni tortores, qui  
nullam ei à tormentis requiem  
concedebant, sed manibus & verbis  
ignominiosis ac petulantia tam diu  
in eum deseuierunt, donec penitus  
lassi in terram se abiecerunt.

ASPICE anima mea, vt crude-  
les

258 HORTVS ORAT.

Iles illi carnifice paululum à flagellationis labore refecti, de terra surgant: ac immanni cum rabie IESVM à columnā soluant, ac ita nudum huc illucque per aulam trahant atque impellant, ut vestimenta sua dispersa conquireret.

INT VERE anima mea IESVM  
tuum qui nudus perdore plenus, ac  
indignissime vexatus vestimenta  
sua requirit. Quem ministri arrep-  
tum cedunt, ad terram allidunt, ac  
per humum trahunt, tandemque  
vestimentis suis induunt.

INGREDERE anima mea, mare  
huius sanguinolenti mysterij, im-  
merge te quam profundissime in  
aquas considerationum præclarar-  
huius lectionis: Perde teipsum in  
hac meditationum abyso, quando-  
quidem immensa & imperuestiga-  
bilis est.

Ego vero te in hac abyso reli-  
cta, ad aliam lectionem æquè lamen-  
tabilem, quæ Christi spineam coro-  
nationem continet, transeo.

Praxis

CAPUT XII.

Hoc die meditaberis profun-  
dum & crudele Coronationis Christi mysterium, ab Euangelista Mattheo Cap. 27. vti supra diximus, accuratè descriptum: cuius omnia & singula verba, ne lögæ meditati-  
onis cōscriptione lectori molestus sim ) diligenter ac minutatim per-  
pende & considera, quia melius aut elegantius aut dici, aut scribi non potuit.

Meditatio  
diei Iouis.

Pauca nihilominus pro moueri historiæ declaratione adiungam.

CONSIDERA igitur quomo-  
modo immanes Christi tectores necdum cruciatibus eius satiati, quamuis eum tam male tractatum ac toto corpore dilaniatum conspi-  
cerent: Christum arreptum ad Pi-  
latum adduxerint, illique suggesse-  
rint, eo quod se regē faceret, ipsum  
merito coronandum & vestimenti  
regijs induendum esse: Quibus Pi-  
latus cum hoc ad Iudeorum rabiem  
sedan-

260. HORTVS ORAT.  
sedāndam animosq[ue] permouen-  
dos plurimum facere intelligeret;  
facilē annuit. Quapropter eum  
paulo ante vestibus induitū de-  
nuō vestimentis exuerunt, quo vul-  
nera renouata, & Christus ingenti  
denuō pudore suffusus fuit: vesteq[ue]  
purpurea veteri, sordida ac pulueri-  
bus obsita, induerunt, quæ mox san-  
guini defluenti è lacerato corpore,  
non secus ac pellis adhæsit: deinde  
pallio eum coccineo, quod ab ali-  
quo seruorum Pilati mutuanerat,  
circumdiderunt: idq[ue] ad ignominia  
Regij nominis, eò quod se Regem,  
vti reuera erat, constitueret.

Capiti verò tenerrimo coronam  
è iuncis marinis acutissimis & ad  
instar ferri durissimis contextam  
imposuerunt: eamq[ue], ut capiti pro-  
fundius infigeretur, arundinibus &  
baculis percusserunt: Demum aru-  
dinem manibus eius inferuerunt,  
& genua coram eo curuantes, eum  
irriserunt, per ludibrium dicentes:

*Ave Rex Iudeorum.*

Simul etiam alapas in faciem e-  
ius

PARS SECUNDA. 261  
ius impingentes: pugnis collum ferentes: & sputis foedissimis diuinum vultum deturpantes.

CONTEMPLARE anima mea, vt durissimæ hæ spinæ delicatum caput Dei perforent: & usque ad cerebri medullam penetrrent: Aspice ut sanguis perfaciem oculos, collum, & pes, in terram copiose defluat: flauisque capillis inhaerens, eos è flauo sanguineos reddat.

ASPICE diuinam illam faciem ita deformatam: vt non amplius vultum speciosi IESU referat, sed hominis laniati & excarnificati.

CERNE vt pretiosissimus sanguis illius abiectissimorum & perditissimorum hominum eum torrentium pedibus conculcetur.

INTERE diuinos eius oculos, qui tum propter spinarum aculeos, tum quod ex sanguine defluente simul compacti & conglutinati escent, aperiri nequibant.

O crudelis & immisericors anima mea, quomodo non præ compassio-

262 HORTVS ORAT.  
passione scinderis, dum adeò crudi-  
dele tormentū & lamentabile my-  
sterium tecum reuoluis?

O bone IESUS saluus animæ meæ:  
da mihi hanc coronam quæ te cru-  
ciat: Etenim, quandoquidem anima  
mea ita dura & ingrata est, ut ex  
horum consideratione nihil omni-  
nò ad commiserationem perme-  
atur: illa cor meum circundabo:  
eam cordi meo imprimam, ut tor-  
mentorum tuorum atrocitatem ex-  
periatur: & tibi Deo suo, qui pro  
illius amore omnia hæc sustinuisti,  
compati discat.

Praxis Lectionis diei Veneris.

### CAPUT XIII.

Meditatio  
diei Vene-  
ris.

LECTIO diei Veneris, immen-  
sa profunditatis & sublimita-  
tis est: insigneque in se considera-  
tiones complectitur.

CONSIDERA namque quo-  
modo posteaquam Pilatus vix tan-  
dem post plurimas vias pro IESU  
liberando tentatas, mortis in eum  
sententiam huiusmodi tulisset: ut in  
crucem

cru-  
my-  
neæ:  
cru-  
lma-  
t ex  
nni-  
one-  
abo:  
tor-  
n ex-  
pro-  
usti,  
.  
nen-  
nita-  
atio-  
quo-  
tan-  
e s v  
eum  
vt in  
acem

crucem medium inter duos latrones tolleretur: statim teterimæ illæ belluæ I E S V M violenter arreptum, & Cruce grauissima oneratum ad montem Caluariæ eduxerint, stimulis & fustibus impulerint, & per terram fune ad collum ligatò traxerint: vt ibi eum tanquam facinorosissimum hominum, ac malefactorum Regem, medium inter duos latrones crucifigerent: cuius cor non dirumpetur?

P E R P E N D E dēinde, contumelias, iniurias, conuitia & blasphemias, quæ hæc hominum fæx in I E S V M afflictum & doloribus plenum iaciebat: quis eheu tantam indignitatem, sine animi defectio- ne audire aut videre possit?

Quis I E S V M mansuetum, ponderosa Crucis trabe oneratum, in montem Caluariæ ad crucifigen- dum duci intueatur, & non præ dolore deficiat?

Quis afflictū & fatigatum Iesum, funibusq; ita constrictum, vt se mouere nequeat: calcibus, stimulis, fu- stibus

264 HORTVS ORAT.

stibus ferocissimè impelli & per terram raptari aspiciat, & non præ dolore rumpatur? Lapidès & faxa Christo patienti compatiuntur: & tu anima mea lapidib⁹ durior, nulla compassione tangeris?

Quis IESVM sub graui Crucis pondere s̄p̄ius in terram corruentem cernat: & non cum illo in terram mortuus concidat?

Quis illum humi iacentem, barbari & imp̄tri populi pedibus conculcari: fustibus latera, humeros, caput, brachia & crura contundi videat, & non tormenta illius & angustias inconsolabiliter deploret?

Quis denique sanctissimam Matrem, maximo illius & angustias videndi & amplexandi desiderio stimulatam, obuiam Christo Crucem baiulanti procedentem, & posteaquam proprius ad eum accelsisset, ad pedes illius velut mortuam corruentem. Et IESVM supra eam cum Cruce tanquā exanimem procidentem, intueatur, & non præ dolore animam exhalet?

Quis

Quis feroceſ illos canes Sanctiſ ſimā Virginem, vt eam à dilectiſſi- mo filio auelleret apprehendenteſ, I E S V M Q V E duriſſime, quō de terra ſurgete cædenteſ: vt eum quam citiſſime ad ſupplicij locum ducrenteſ, ibique in Crucem age- rent, aſpiciat, & non præ dolore ex- animetur, & ſimul cum illiſ moria- tur?

O bone I E S V. O ſancta Virgo. O fili penè exanimiſ. O Mater mœ- rore ac dolore confecta, quis non compatietur tanto dolori, qui ex anguſtiaſ tanti filij & tam eximiæ Matris permifteſ & cōpoſitus eſt?

Quis I E S V M ad montem Cal- uariæ raptari & Matrem velut mor- tuam in brachijs Mariæ Magdalenaæ in aſpera rupe residentiſ, iacere conſpiciat: & non maximo dolore transfigatur?

Perge anima mea, & I E S V M ad Crucem comitare, nam mihi propter immenſos Matris dolores, apud ſanctam & exanimem Matrem re- manere neceſſarium eſt.

M

Praxis

## Praxis Lectionis diei Sabbathi.

## CAP VT. XIV.

Ist. 2.

Meditatio  
diei Sabba-  
thi.

**V**ENITE ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suus. Ascendamus nunc fratres, montem Caluarię, ut ibi præclaram illam lectionem & meditationem, quam sumpmus Magister, & doctor IESVS Christus, è cathedra sancte Crucis nobis prælegit, & docuit, audiamus.

Sabbatho consideranda est lectio Crucifixionis: in qua puncta sequentia meditanda sunt.

**P**rimò: Quomodo posteaquam truculenti carnifices ad locum supplicij peruenissent, dederint IESV acetum myrrha & felle mistum potandum, sibi verò vinum medicatum, quod Salomon his qui extremo supplicio afficiendi erant, dari ordinauerat, reseruauerint.

**S**econdò: Quomodo IESVM in cisternam quandam aquis vacuum immiserint, donec Crucem ceteraque instrumenta ad crucifixionem necessaria

*Tertio*: Quomodo illum catena,  
qua mansuetissimus Agnus vincitus  
erat, violenter extraxerint.

*Quarto*: Quomodo eum vestibus  
spoliantes vulnera laceri corporis  
cum maximo afflitti IE s v dolore  
de integro renouauerint, eo quod  
vestimenta illus corpori ob sanguinem  
concretum adhaerent. Quo  
factum est, vt atrocissimum ac ad-  
modum crudele hoc tormentum  
fuerit, ac noui sanguinis rivi ex  
omnibus corporis partibus emanauerint: ita vt homini excarnificato,  
similis videri posset.

*Quinto*: Quomodo pius IE s v s  
supra Crucem volū tariē fese exten-  
derit, vt demonstraret, se spontaneè  
mortem oppetere, nec nisi sua vo-  
luntate mori voluisse, à quoquam  
cogipotuisse.

*Sexto*: Quomodo dextera manu  
clavo ferreo transuerberata, corpus  
contractum fuerit: quare cūm finis  
stra ad locum destinatum minime

M 2 pertin-

pertingeret, funibus eam tam atrociter traxerunt, vt omnes iuncturæ corporis eius loco motæ, & sacrum pectus disruptum fuerit.

*Septimò:* Quomodo manibus confixis: cùm pedes ad Crucem conlaturi essent, nec propter corporis contractionem, cùm locis destinatis congruerent: illös similiter funibus tanta cum immanitate traxerint, vt omnes nerui & iuncturæ sanctissimi corporis eius ita luxata fuerint, vt secundūm psalmum: *omnia ossa eius dinumerari possent.*

Pf. lm. 21.

*Octauò:* Quomodo cùm primum repetitis malleorum ictibus pedes eius duro & ingenti clavo, quo vtrumque pedem simul configerent, transuerberare tentauissent, nec propter ossium duriciem penetrare possent, post multos tandem ictus, præacutum ferrum sumperrint, quo sacratos pedes primum terebrauerunt, ac deinde alio iterum clavo eos simul cruci affigere aggressi sunt. Ex quibüs perpendere potes illus doloris magnitudinem,

&amp; acci-

PARS SECUNDA. 269  
& acerbitatem, quem Christus Ag-  
nus mansuetus in sui crucifixione  
sustinuit.

*Nono:* Quomodo IESVS nudus  
in Crucem sublatus fuerit: & quo-  
modo Beata Virgo MARIA vix  
post diligentissimas preces & pro-  
fundam humilitatem, obtinuerit,  
ut verecundiora illius, velo capitis  
sui contegerent.

*Decimo:* Quomodo inter duos la-  
tronos medius, tanquam homo fa-  
cinatorissimus, & latronū omnium  
caput & princeps, crucifixus fuerit.

*Undecimo:* Quomodo ab omni ho-  
minum genere, à Pontificibus, scri-  
bis, Pharisæis, sacerdotibus: ab uni-  
uerso populo & à militibus Iudi-  
brio habitus, multisque conuictijs &  
maledictis impeditus fuerit: à qui-  
bus nec ipsi latrones linguas suas  
continuerunt, ut Euangelista testa-  
tur. *Et qui crucifixi fuerunt cum eo, con-* *Marc. 15.*  
*uitabantur eī.*

Hęc est breuis & succincta praxis,  
secundum quam prædictę lectiones  
meditandę & amplificandę sunt.

M 3

Vos

270 HORTVS ORAT.

Vos autem fratres, ex unoquoque horum septem mysteriorum, alias quoque lectiones formare poteritis, easque pro ut in libris legeritis, speciatim in meditationibus Seraphici Patris nostri sancti Bonaventuræ: aut prout Spiritus sanctus vos instruxerit, in meditationem assumere, sicque totam Dominicam Passionem in minutis partes distribuere: Cuius nudam duntaxat methodum, quæ vobis exempli loco suhic subijcam.

PASSIO DOMINICA QVO.  
modo in multas alias lectiones distin-  
bui possit. Et primum in quas le-  
ctiones diuidi possit lectio  
diei Dominicæ.

C A P V T XV.

PRIMA lectio in has subdividi-  
potest: In esum Agni: Institutio-  
nem sanctissimi Eucharistiae sacra-  
menti: sermonem quem Christus in  
via cum ad hortum Oliueti pro-  
ficeretur ad discipulos habuit: sca-  
dali, prædictionem, quando eis in

men-

monte Oliueti , ait: Omnes vos sciam- Matth. 26.  
dalum patiemini in me in ista nocte.

*In quas lectiones distingui posse  
lectio diei Luna.*

Secunda lectio, has lectiones sup-  
peditar.

Aduentum Iude ad hortum Oli-  
ueti: Osculum quo Iudas osculatus  
est I E S V M : Occursum Christi,  
quando turbis obuiam processit, &  
interrogauit: Quem queritis? Captiu-  
tatem I E S V . Fugam discipulorum.  
Ductionem I E S V ex horto ad do-  
mum Annæ: Colaphum qui ei impa-  
ctus fuit à seruo in domo Annæ. Ex-  
aminationem I E S V coram An-  
na: Ductionem illius ad domum  
Caiphæ: Concursum Pontificum,  
Sacerdotum, Scribarū, Phariseorū,  
& omnium principum Iudaico-  
rum ad domum Caiphæ: Ludibria  
quibus eum irriserunt, antequam  
ad quietem se darent: Petri negati-  
onem: Ea quæ à seruis tota nocte  
passus est: Consilium quod summo  
diluculo inierunt : Ductionem

M 4.

Chri-

272 HORTVS ORAT.

Christi ad Pilatū: Querelas & accusations, quas contra eum obtulerunt, & Pilati responsiones.

*In quas Lectiones subdividi possit  
Lectio diei Vīrīs.*

Ex tertia lectione, lectiones & meditationes tamen formari possunt, quot sunt ea, quæ inter Pilatum, & Iudeos dicta & facta fuerunt: cum Barrabæ & Christi propositione & comparatione.

*In quas lectiones diei Mercurij &  
Iouis lectiones distingui  
possint.*

Quarta & quinta lectio has continent: Productionem Christi ad populum, quando Pilatus ait: Ecce homo: Voces populi clamantis: Tolle. Tolle. Crucifige, &c. Nuncium, quem misit vxor Pilati ad eum, mandante quicquam negotij haberet cum Christo, eò quod multa propter ipsum ea nocte passa esset. Ablutionem manuum Pilati. Sententiam iniustum contra Christum latam.

In quas lectiones diei Veneris &  
Sabbathi lectiones diuidi  
possint.

Christi Crucifixio tot lectiones  
suppeditat, Quæ sunt verba quæ  
Christus in Cruce protulit: Præ-  
terea distingui possest: In dolores  
Matris quando claram in præsentia  
sua Cruci affigi, & multa indigna-  
pati, nec se tamen ullam ei opem  
præstare posse cōspexi. Solis obfuscationem,  
& tenebrarum per totum  
terrarum orbem diffusionem: Lapi-  
dum diruptionem, dissaltum: Aper-  
tionem monumentorum: Resurrec-  
tionem mortuorum. Veli diuisionem.  
Centurionis confessionem.  
Beatae MARIAE Virginis dolores.  
Discipulorum lachrymas. Lateris  
confessionem. Sepulturam Christi.

Denique singulis Dominicæ pas-  
sionis mysterijs, pulcherrimæ me-  
ditationes de Beata Virgine inter-  
miseri possunt: donec hoc pacto  
totus sanctissimæ Passionis ocea-  
nus percursus fuerit.

M 5

De

*De deuotione quæ orationem adiuuat, & quomodo acquiratur.*

## CAPUT XVI.

**R**EVERTAMVR nunc ad coligendos in horto nostro fructus ad orationem spectantes. Quapropter fratres nosse debetis, diversas arbores & plantas in hoc hortu reperiri, quorum singuli suaves & delectabiles fructus progerminant.

Præ cæteris quinque pulcherrimæ & admodum fructiferæ plantæ in hoc orationis horto visuntur. Quarum *Prima* vocatur deuotio. *Secunda* affectio. *Tertia* impedimentum. *Quarta* tentatio. *Quinta* documentum.

**P R I M A** ad orationem bene peragendam vehementer necessaria est: Etenim maximus, qui orationi inest, labor, & difficultas in deuotionis priuatione, ac mentis, dum orandum est, ariditate versatur.

*Quid sit deuotio.* Deuotio autem, ut S. Thomas 22. quæst. 82. art. 1. ait: *Est virtus quæ homi-*

hominem habilem & promptum ad omnem virtutem efficit: animusque illius excitat, viamque facilem reddit ad omne bonum opus efficiendum, quantumuis arduum & difficile sit.

Ex hac definitione colligitur, quām necessaria sit ad orationem deuotio. Samson quamdiu capillos oblongos habuit, omnium hominum fortissimus fuit, at quando ijs muliebri astu priuat⁹ fuit, & quē ut ceteri homines debilis & infirmus extitit: sic anima deuotione dotata fortissima est ad bonorum operum studia & exercitia, sine ipsa vero debilissima.

*Decem media quae animam ad  
deuotionem excitant.*

Hæc planta, quam nunc adferimus, fructus profert, ex quorum dijs acquisitu deuotio acquiritur. Quisquis ratur degit hanc virtutem cnoſequi desiderat, decem fructuum genera ex hoc hortulo manducabit.

M 6      *Primum:*

276 HORTUS ORAT.

Primum: Operibus misericordia  
cum corporalibus tum spirituali-  
bus insudabit.

Secundò: Austeritatibus corpora-  
libus carnem edonabit, ut cilijs,  
ciborum abstinentia, inedia, flagro-  
rum usui, parcitate in viatu, & duri-  
tie lecti.

Tertiò: Orationis studio assidue  
incumbet, & in sanctis exercitijs  
constans perseverabit, cum loci &  
temporis diligenti, & uniformi ob-  
seruatione.

Quarto: Orationibus Iaculatorijs  
sæpe vtetur, quarum quasdam ad fi-  
nem huius hortuli adnectemus. Hic  
autem fructus est admodum sapi-  
dus, eò quod devotionem generet,  
atque ad viam spiritualem oratio-  
nis perambulandam excitet, ani-  
mamque citissimè ad perfectionis  
fastigium euehat: Et valde accom-  
modus est illis, quibus tantum tem-  
poris non superest, ut longis ora-  
tionibus & meditationibus conci-  
piendis intendere valeant.

Quinto: Deum sibi semper præ-  
sentem

sentem imaginabitur.

**Sexto:** Libros pios & spirituales, speciatim sacras literas, & pias meditationes de passione Dominica, frequenter legit.

**Septimo:** Solitudinem diligit, & quantum fieri potest se stabitur: hęc enim sensuum dispersionem impedit, peccatorum occasiones tollit, & hominē ad seipsum à rebus sensibilius auocat, solique Deo intentum facit.

**Ottavo:** Sensuum diligentem custodiam aget: præsertim oculorum, lingua, gustatus & aurium, quia quæ per hos sensus ingrediuntur, pacem & stabilitatem cordis afferunt: quo fit, ut cùm orationi se daturus est, collectus esse non possit, propter obiectorum menti se offendentium, ipsamque molestantium multitudinem, quę per aures & lingam introierunt.

**Nono:** Cor à cogitationibus otiosis & vanis: ab effectibus & amori bus alienis, & à quibuscumque passionibus & commotionibus natu-

M 7 ralibus

278 HORTVS ORAT.  
ralibus & inordinatis purum ca-  
stodiet.

Decimò. Seruitium Dei & specia-  
liter hanc orationis semitam, ani-  
mo deliberato & forti aggredie-  
tur: ita ut paratus sit omnia quæ ad  
preciosam hanc margaritam devo-  
tionis cōsequendā necessaria sunt,  
agere & pati, quantumuis ardua &  
difficilia videantur.

*De affectibus in oratione.*

CAPVT XVII.

**S**ecundæ plantæ nomen est Af-  
fctio. Quæ homini ad perfectio-  
nem adipiscendam maximo adiu-  
mento est. Dum videlicet orationi  
intendit: atque Deo sub varijs for-  
mis in oratione se præsentat.

Aliquando tanquam reum coram  
Iudice se constituit, dicens. Domine  
miserere mei, & ne respias multitudi-  
nem iniquitatum mearum. Et cum S. Iob.  
Noli me condemnare. Vel cum S. Da-  
uid. Non intres in iudicium cum seruo  
meo Domine.

Psal. 142.

Ali-

PARS SECUNDA. 279

Aliquando tanquam afflictum coram Deo, metuens ne ab ipso propter peccata relinquitur in manibus inimicorum suorum: & totus tremens dicit. *Ne proijcas me Domine à Psalm. 50.*  
*facie tua. Ne derelinquas me Domine Psalm. 37.*  
Deus meus, ne discesseris à me. Nonnunquam ut pauper Domini sui opem implorat, dicendo. *Respice in me, & Psalm. 24.*  
*miserere mei, quia unicus & pauper sum*  
*ego.*

Aliquando tanquam seruus ab inimicis oppressus clamat ad Dominum, rogans eum ut illos puniat, dicendo.

*Respice in me & miserere mei: da im- Psalm. 85.*  
*perium tuum puer tuo, & saluum fac fi-*  
*lium ancille tue.*

*Fac mecum signum in bonum, ut vis-*  
*deant qui oderunt me & confundantur:*  
*quoniam tu Domine adiuvisti me, & con-*  
*solatus es me.*

Nonnunquam ut mendicus Dominum roget, dicens: *Ego autem men-*  
*dicus sum & pauper: Dominus sollicitus* Psalm. 39.  
*est mei.*

Aliqua-

280. MORTIS ORAT.

Aliquando ad Deum tanquam id  
benignum Patrem confugit, om-  
nemque spem suam in illo collocat:  
*Psalm. 142.* dicens. Eripe me de inimicis meis Domi-  
ne, ad te confugi: doce me facere volunta-  
tem tuam, quia Deus nseus es tu.

*Psalm. 85.* Aliquando Diuinam misericor-  
diam laudat, dicendo. Deus iniqui in-  
surrexerunt super me: & Synagoga poten-  
tium queficrunt animam meam: & non  
proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator & mis-  
ericors: patiens & multe misericordie &  
verax.

Hic modus efficacissimus est ad  
obtinendum à Deo quicquid volue-  
ris, cùm laudas & extollis illius mi-  
sericordiam. Nonnunquam amore  
languens desiderat Deo vñiri, atque  
extoto cordis affectu dicit.

*Psalm. 43.* Quemadmodum desiderat cervus ad  
fons aquarum: ita desiderat anima mea  
ad te Deus.

Sicutiuit anima mea ad Deum fontem vi-  
uum: quando veniam & apparebas ante fa-  
ciem Dei.

*Philip. 3.* Cupio dissolui, & esse cum Christo.  
Trakte

Trahe me post te, curremus in odorem Canis.  
vnguentorum tuorum.

Hi duo postremi modi, in oratione  
ne admodum pijs & praelari sunt, a-  
nimamq; diuino amore succendunt.

De impedimentis in oratione occur-  
rentibus.

CAPUT XVIII.

TERTIA planta, impedimentū, *Orationē*  
nuncupatur: Sub cuius umbra, *impedimen-*  
*ta* *impedimenta omnia quae orationi*  
quoquo modo obstaculum ponunt,  
perdiscenda sunt. Sunt autem no-  
uem.

Primam est: Nimis leuis exercicio-  
rum orationis intermissione, nisi iu-  
stam ob causam obedientiae aut ne-  
cessitatis alicuius cum corporalis  
tum spiritualis id fieri. Quia ut qui-  
dam insignis Doctoř ait: *Spiritus*  
*deuotionis adeò delicatus est, ut*  
*cùm discesserit, aut non redeat, aut*  
*non nisi difficilimè reuocari pos-*  
*fit.*

Secundum est. Curiositas cum sen-  
suum, tunc intellectus: cuiusmodi  
est

232 HOR TIVS ORAT.

est velle audire, videre aut intelligere nouos rumores, curiosa, pulchra, & affabre facta desiderare.

*Tertium* est, Immoderata delectatio in cibo & potu, maximè in cōnis longis & sumptuosis.

*Quartum* sunt: Voluptates sensuum, quando homo illis immodice fese tradit.

*Quintum* est, Occupationum varietas, & nimia circa exteriora sollicitudo.

*Sextum* est: Cogitationum multitudine.

*Septimum* est: Amaritudo & tristitia cordis.

*Ottavum* est: Remorsus conscientiae, à peccatis existens, quando immoderatus est: quia animam efficit turbidam, inquietam, meticulosam, & ad omne opus bonum inhabilem.

*Nonum*: sunt peccata non tantum mortalia sed etiam venialia.

*De temptationibus in oratione  
occurentibus.*

CAP VT XIX.

Quarta

Quare plantæ nomen est Tentatio: sub cuius umbra tentationes vulgatores, quæ circa orationis exercitium occurrere possint, per discenda sunt. sunt verò nouem.

Tentationes  
in oratione  
occurrentes

*Tentationes nouem in oratione  
occurrentes.*

**Prima** est. Zelus indiscretus proximorum salutem constituendi.

**Secunda.** Immoderatum desiderium scientiæ.

**Tertia.** Desperatio seu diffidentia profectus. Et è contrario præsumptio perfectionis adeptæ.

**Quarta.** Somnus superfluuus.

**Quinta.** Timor inordinatus.

**Sexta.** Cogitationes infidelitatis.

**Septima.** Cogitationes blasphemiarum.

**Ottava.** Cogitationum importunarum lucta.

**Nona.** Consolationum spiritualium absentia.

*Remedia contra primam.*

Contra tentationē indiscreti zeli proximorum salutem curandi: Remedium est: aliorum saluti eatenus inten-

28 HORATVS ORAT.  
intendere, quatenus nostrum pro-  
fectum minimè impediunt: & alio-  
rum conscientias ita curare, vt no-  
stre non obliuiscamur: ne dum alijs  
saluti esse volumus, nobis ipsis dam-  
no sumus.

*Contra secundam.*

Contra desiderium scientiæ, re-  
medium est: Considerare quanto  
profundior omni humana & mun-  
dana scientia sit diuina sapientia,  
atque pro hac potius adipiscenda  
laborare.

*Contra tertiam.*

Contra diffidentiam & præsum-  
ptionem, quæ vitia è diametro re-  
pugnant, cōtraria etiam necesse est  
adhibere remedia.

Contra diffidentiam itaque re-  
medium est: Considerare te nego-  
tium hoc non tuis tantummodo vi-  
ribus, sed principaliter diuina opē  
perfecturum.

Contra præsumptionem reme-  
dium est: Considerare, clarissimum  
indiciū nos quā longissimè à Deo  
abesse,

PARS SECUNDA. 285

abesse, hoc haberi: nos ei iam appropinquasse sentiamus. Itaq; optimum remedium fuerit: Sanctorum & aliorum hominum pietate ac virtute integritate clarorum, adhuc in viuis existetium, exempla sibi propondere ac inspicere, qui multa egerunt & agunt, quatu necdum impleuisti,

*Contra quartam.*

Contra somnum, si ex naturæ necessitate proficiscatur: remedium est: corpori necessarium somnum indulgere, ne orationis tempore somni grauedo nobis impedimento sit. Si verò ex Dæmonis procuratione aut pigritia proueniat: opus est in certamen descendere: viuum sibi subtrahere: victum ciborumq; apparatum moderari: flexis genibus sine ullo fulcimento precibus incumbere: flagris, alapis ac pugnis se cädere, collum acriter ferire, aut aliud quod dolorem infert assumere: Generale denique remedium est: opem diuinam pro vigilantia dono implorare.

Con-

*Contra quintam.*

Contra timorem & metum Dæmonum: Remedium est: Eodem loco consistere: animum confirmare, & viriliter cum aduersario decertare: quia non nisi configendo vires & audacia contra eum acquiruntur. Considerar adhæc Dæmonem nemini sine Dei voluntate, vel minimum nocere posse. Iuuabit etiam perpendere: Angelum custodem omni tempore ac loco nobis adesse, & speciatim dum orationibus intenti sumus, lateri nostro hærere, vt nos tueatur: & orationes nostras diuino conspectui præsentet, nosq; in orando adiuuet.

*Contra sextam.*

Contra infidelitatem, Remedium est: Cogitare suam humilitatem & vilitatem: & è contra diuinorum operum magnificentiam, quam non nisi simplices & humiles ex diuina reuelatione cognoscunt. Ac proinde qui cogitationibus infidelitatis premitur, humiliet se, nec opera Dei sua sapientia peruestigare co[n]etur:

netur: sed Deo tantum simpliciter  
in illis obediatur, eaque firmiter cre-  
dat, & ei profunditatem suæ sapien-  
tiae relinquat: Consideretque salu-  
tem suam non in cognitione rerum  
sublimium, ac secretorum diuino-  
rum consistere, sed in simplici obe-  
dientia & feruentia amore Dei.

Poterit etiam uti remedio se-  
quentis temptationis, cum haec tenta-  
tio de genere earum sit, quæ cum  
molestissimæ sint, per contemptum  
facilius superantur.

*Contra septimam.*

Contra blasphemiam Remedium  
est: Cogitationes blasphemiarum ne-  
ligere atq; contemnere. Etenim si-  
cuti haec tentatio inter omnes gra-  
uissima ac molestissima est: ita &  
ceteris minus est periculosa.

*Contra octauam.*

Contra cogitationum importu-  
nitatem Remediū est: Fortiter cōfli-  
gere, atq; in conflictu ad finem usq;  
persistere i diuinam opem humili-  
ter implorare, suā vilitatem & im-  
becillitatē agnoscere, diuinam ve-

re

288 HORSVS ORAT.  
rō misericordiam ac magnificē-  
am exaltare ac prædicare: patient  
deniq; animo vniuersam hanc mo-  
lestiam deuorare, quousque Deus  
misericordia motus hos cogitatio-  
num fluctus conquiescere iubeat.

*Contra Nonam.*

His quibus consolationes spiri-  
tuales defunt, hoc remedium est:  
Ut eam ob causam viam coeptam  
non deserant, sed precibus vacent:  
conscientiam diligenter examinēt:  
& si quid inuenerint, ob quod diui-  
nas consolationes sibi ablatas esse  
censere possint, humiliter à Deo  
veniam postulent.

Totus enim labor noster in cō-  
versari debet, vt preces quantum fi-  
eri potest protrahamus: idque tanta  
cum attentione ac feroce, vt cor  
tota die in sancta deuotione conti-  
neant, atque in Deo collectum ser-  
uent: ad quod non sufficit brevissi-  
matio, sed quam longissima & at-  
tentissima, quo profectus noster,  
non impediatur & retardetur.

Dominus

Documenta quædam orationis exer-  
citum arrepturis necessaria.

CAPVT XX.

**Q**VINTA planga, Documenti, no-  
mine insignitur: Sub cuius um-  
bra sequentia documenta ediscen-  
da sunt, vt securè in hoc sancto ora-  
tionis exercitio progredi liceat.

Primo notandum est: Sequentes  
has regulas, & omnia quæ de orati-  
one hactenus dicta sunt, non esse  
accienda, tanquam certam ali-  
quam artem describant: neque exi-  
stendum esse, vt in cæteris scien-  
tij & artibus fieri afolet: vbi is qui  
regulas actis melius apprehendit  
in ea excellentior euadit: ita hic et-  
iam eum qui has regulas exactius  
memoria tenuerit, in oratione præ-  
cellere: cum neutiquam ita sese res  
habeat: sed idcirco has regulas tra-  
di, vt anima per eas ad deuotionem  
erga Deum excitetur: humilita-  
tem profundam, & misericordiæ  
suarum cognitione acquirat: fidu-  
ciam & spem in Deo & misericor-  
diam

Documenta  
præclariss.

N. dia

290 HORTVS ORAT.

dia illius statuat: vt ex cognitione  
Dei & sui assiduis lachrymis: igni-  
tis suspirijs: affectibus inflammatis,  
& orationibus feruentibus abun-  
det: quibuscum per portam humili-  
tatis ingrediens, consequatur quod  
cupit: soli Dei misericordiae inni-  
tens, atque in ea spem omnem re-  
positam habens.

Oratio vt  
bene fiat,  
omnibus si-  
mul virtuti-  
bus studen-  
dam est.

Secundè sciendum est: In hac or-  
tionis semita esse deceptionem  
quandam insignem, qua plurimi  
circumueniuntur: sunt etenim non-  
nulli, qui postquam orationis vir-  
tutem experti fuerunt, totos se or-  
ationi dant: omnibus cæteris virtuti-  
bus neglectis & obliuione contri-  
tis, existimantes hanc solam ad sa-  
lutem posse sufficere. Sed is qui se-  
curus hanc viam perambulare cu-  
pit, non in vnam tantummodo vir-  
tutē, sed in omnes simul respiciet:  
quia omnes orationi adiumento  
sunt: oratio etenim est fundamen-  
tum & basis omnium virtutum: Si-  
cūt enim in cythara vna duntaxat  
chorda harmoniam nos efficit: ita

nec

PARS SECUNDA. 291

nec vna tantum virtus efficit conso-  
nantiam spiritualem.

Tertiò animaduertendum est: Dis-  
cretionem quæ omnium virtutum  
Mater est ( vti S. Patres concluse-  
runt ) orationis studioſo maximè  
necessariam esse. Ac proinde magno  
in errore versari plurimos, qui hoc  
sanctum exercitium bene ſibi ſucce-  
dere & admodum utile esse ani-  
maduertentes, adeò indiscretè illi  
ſe dant, vt ſæpenumerò naturam  
omnino deſtruant, ac debilitent:  
Quapropter in initijs singulari dex-  
teritate, cautione, & vigilantia opus  
eft.

*Discretio  
orationi  
necessaria  
est.*

Quartò notandum eft: Eſſe adhæc  
alium errorem superiori planè con-  
trarium: Eorum yidelicet, qui ni-  
mia vtuntur diſcretione, & immo-  
dicè ſui amantes ſunt: quod licet  
omnibus, præcipue tamen iuueni-  
bus valdè nocuum eft: quia vt S.  
Bernardus affirmat: Imposſibile eft  
eum in religiosa vita perſistere, qui  
cūm ſit nouitius in momento diſ-  
cretus. Et cūm ſit incipiens, prudens

N 2 videri

videri appetit: Et cùm sit iuuenis,  
vti senex & miles emeritus requi-  
cere, ac corpus suum laboribus  
subtrahere tentat.

Horum duorum extremorum  
vtrumque vehementer periculo-  
sum, nec facilè quis iudicauerit,  
quod magis velutinus pernitiosum  
sit: Nisi quòd Ioannes Gerson indis-  
cretionem incurabiliorem esse ait:  
eò quòd corpore adhuc sano spes  
aliqua remedij affulgeat: at corpo-  
re per indiscretionem debilitato  
difficillimè ad priorem sanitatem  
redire possit.

**Quintò** sciendum est: Ei qui in hoc  
exercitio profectum facere cupiat,  
necessariū esse vt habeat tēpora &  
exercitia determinata, in quibus se  
exercendo, omnia alia negotia se-  
ponat, vt cum Deo & negotijs ani-  
mæ suæ se occupare possit: atque in-  
terim omnia alia exercitia, quan-  
tumuis pia & sancta relinquat: spe-  
ciatim verò id aget in festiuitati-  
bus & solennitatibus præcipuis, &  
dum tribulationibus seu aduersita-  
tibus

**Profectum**  
facere cupi-  
erti opus est  
ut tempora  
& exercitia  
habeat de-  
terminata.

tibus premitur: Post longas etiam profectiones, ac ardua negotia, quæ multarum distractionum ei causa extiterunt: & cor à sua tranquillitate ad magnam inquietudinem traduxerunt, ut illud ad pristinum statum reducere, atque ad solita exercitia, diuinique moris seruorem reuocare possit.

**Sexto.** Seruus Dei secretū tenebit omnes consolationes spirituales, quibus eum Deus visitat, nec eas nulli hominū, nisi Patri suo spirituali, aut ijs, quorum consilia requirit, manifestabit: Quod & S. Bernardus hortatur, cùm dicit. Hominem religiosum hanc sententiam in sua cella scribere debere: *Secretum meum mihi. Secretum meum mihi.*

**Septimo.** Necessarium est ut homo spiritualis, semper cum maxima reverentia & humilitate cum Deo agat & loquatur: nec vñquam ita se Deo familiarem & amicam aestimabit, vt non assiduè ad suam humilitatem & vilitatem confiderandam se conuertat. *Loquar ad Deum.*

N 3

MINIMA.

294 HORTVS ORAT.

Gen. 42.

Psalm. 2.

D. Bernard.

in serm.

minum meum cùm jui pulsis & ciniis ait Abraham. Seruite Domino in timore & exultate ei cùm tremore, ait Psalmista. Ita faciebat S. Augustinus de quo scribitur: quòd nouerat gaudere coram Deo cum tremore. Hoc & S. Bernardus perspectum habebat qui in sermone quodam ait:

Timida oratio cœlum non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus ut omnino, non dico ascendere, sed nec procedere quicquam. Tepida vero in ascensu languescit, & deficit, eò quòd nō habeat vigorēm. Temeraria ascendit quidem sed' resilit: reficitur enim ei, nec tantum non obtinet gratiam, sed meretur offendam: Quæ vero fidelis & humilis, & feruens oratio fuerit: cœlum sine dubio penetrabit: vnde eertum est quod vacua redire non possit.

Octauo: Seruus Dei omnino nō appetit visiones non petet cōsolationes aut visiones: sed esse desiderandas. Deo fideliter seruiet, & ab eo se duci permittet, iuxta illud Psalm. Iusta cogitatum tuum in Domino: & ipse te enuntiet.

Psalm. 54.

No[n]

*N*on: Seruus Dei à gulofitate dulcedinis rerum spiritualium se inescari nō patiatur: ne eā postmodum in finem principalem Deo seruendi: quod vitium maximè detestabile est, conuertat, quandoquidem finis omnium actionum nostrarum esse debet Deum amare, & illum solum quærere.

Si Deus autem pro sua benignitate consolationes immittat, sit nō men Domini benedictum: recipienda sunt cum gratiarum actione: ita ut omni tempore perinde nobis sit quid nobiscum agat, siue consolationes donet, siue auferat.

Hic error multis imponit, à quo alius non minor enascitur: videlicet quod ferē qui eiusmodi sunt, & se, & alios secundūm affluentiam consolationum iudicent, tantumque perfectionis sibi vel alijs inesse censeant, quantum diuinis consolationibus sensibiliter visitantur & reficiuntur.

Vtriusque huius erroris remedium est: vt quisque cogitet &

N 4 sciat,

*Qui pluribus  
consolatio-  
nibus abun-  
dat, ideo  
perfectior  
non est.*

296 HORTVS ORAT.

sciat, finem omnium horum ex-  
citiorum spiritualium, & totius vi-  
tae internæ esse coelestium præcep-  
torum obedientiam, ac diuinæ vo-  
luntatis adimpletionem: quia ne-  
cessarium est voluntatem propriam  
in nobis mori & interire, ut diuina  
dominatum accipiat: Quia verò  
tam insignis victoria sine speciali  
Dei gratia & consolationibus ha-  
beri non potest, Dominus seruus su-  
is ne in hac lucta prorsus deficiant,  
multiplices consolationes immi-  
tit, quibus refecti, alacrius coepit  
pugnam prosequantur.

Itaque si Dei seruus eam tantum-  
modo ob causam quo victor in hoc  
bello euadat, per fernidas oratio-  
nes, huiusmodi solatia quærat, &  
desideret, reprehensione caret: mo-  
dò ea non ideo quærat, aut concu-  
piscat, ut in illis tanquam in princi-  
pali fine quiescat. Hinc namque S.  
David Dominum deprecabatur.

Psalms. 50. Redde mihi letitiam salutaris tui.

Sibi auté certò persuadebit, nō ex  
abundantia cōsolationum profectū  
suum

fluum dependere, sed ex multitudo-  
ne eorum quæ pro Christo sustinue-  
rit, tum propter sui abnegationem,  
tum propter diuinæ voluntatis ex-  
ecutionem.

Decimo. Quamvis ante seruum Exercitium  
Dei commoneficerim, ne facilè à assumptus  
passionis Christi meditatione dis- mutari po-  
cedat: nihilominus quādo Spiritus test Spiritus  
sanctus inspirationibus suis ad alia sancto 23  
ipsum traxerit, cum eiusdem spiri- alia trahi  
tus sancti benedictione, illius du- te.  
Etum simpliciter sequetur, quia ve-  
rum ducem nactus est.

Hæcè dico, quòd oratio & me- Diversi  
ditatio diuersos producāt affectus. tions eff.  
Aliquando prorumpit in Iachry- aus.  
mas deuotionis: aliás in fletum  
compunctionis: nonnunquam in  
diuinas laudes soluitur: aliquando  
ad miseras aliorum tum corpora-  
les tum spirituales considerandas,  
& preces pro eisdem fundendas, se  
conuertit: nonnūquam verò medita-  
tione sua dimissa, diuinæ gratiæ  
tractum donec durauerit, etiam si  
longo tempore permaneat, sequi  
N. s. debet,

debet, illoque abscedente, denuo si tempus superfuerit ad suam meditationem & orationem reuerti.

*Exercitium Undecimò.* Potest seruus Dei ab assumptum vno mysterio siue puncto ad aliud etiam mutari potest, si transire, si in eo quod meditandum suscepit, aridum se inueniat, ad ariditas magna obstet. alius vero maiorem affectionem deuotionem sentiat: cum enim finis omnium exercitiorum sit deuotio: illud utique quod maiorem generat deuotionem, melius & salutarius esse, adeoque assumi debere censendū est, quāuis hoc temerē & faciliter ex causa faciendū non sit, sed cū manifesto lucro, & expressa deuotione, quam in hoc puncto potius quam in altero sentiat.

*Duodecimò.* Quando seruus Dei intra vel extra orationem a Deo visitatur, gaudens illam accipiat occasionem, nec omnino præterire patiatur: quia fœlici hoc vento flante, plus itineris una hora conficiet, quam anno integro contrarijs ventis flantibus.

S.Ba-

S. Bonaventur*i* testatur S. Patrem nostrum Franciscum id agere solitum fuisse: Qui si aliquando in S. Francis-  
itinere à Deo visitaretur, sōcijs suis *cus in iuste-*  
*præire iussis, ipse tardè illos subse-* *re cum di-*  
*quens, tacit*s* apud semetipsum *uinis conse-**  
*delicatum illum cibum diuinarum *lationibus**  
*consolationum ruminabat & dige-* *visitaretur,*  
*rebat.* *socios præ-*

Qui vero contra faciunt, ple- *re in bekt.*  
rumque à Deo hac poena castigan-  
tur, ut cum Dominum quæsierint,  
non inueniant, eò quod Dominus  
cum illos prior quæreret, non in-  
uenit. Sic euenit spons*e* in Canticis,  
quæ cum sponso pulsanti & di-  
centi.

Aperi mihi soror mea sponsa, quia caput  
meum plenum est rore, & cincinni mei  
guttis noctium: respondisset: Expolians  
me tunica mea quomodo induar illa? lan*ā*  
pedes meos, quomodo inquinab*o* illos? Illo-  
que in pulsando perseuerante, illa  
tandem importunitate illius victa  
surrexisset & aperuisset: ille iam de-  
clinaverat atque transferat.

N 6 Deci-

Seruus Dei      Decimo tertio: Videat Dei seruus, ne  
 modicis con- modicis tantummodo cōsolutioni-  
 solutionibus cōtentus sit, sed maiores ad Dei  
 cōtentus gloriam, & ut eō amplius in illius  
 esse non de- amore crescere valeat, desideret.  
 het.

Ad hoc autem opus est, ut ad ora-  
 tionem quām longissimum tempo-  
 ris spatium assūrent: quia melius est  
 orationem duabus horis continua  
 protrahere, quām easdem in plures  
 partes distributas orationi dare,  
 propter mentis instabilitatem, &  
 difficultatem eam recolligendi: vix  
 enim dum tempus breue est, corri-  
 tē accommodari, & à sensibilibus  
 rebus auocari potest: eoquē iam fa-  
 cto: dum colligendorum fructuum  
 tempus est, oratio abrumpitur.

**oratio**  
 duabus ho-  
 rīs, aut hora  
 una cum di-  
 midia ve-  
 minimū  
 protrahen-  
 da est.

Quòd si aliquis quarat, quantum  
 temporis orationi præfiniēdum sit:  
 Huic respondeo, quicquid qualibet  
 vice una hora cum dimidia: vel du-  
 bus horis minus fuerit, mihi nimis  
 parum videri: eō quòd ferè in prin-  
 cipijs, & postea non raro integrā  
 hora præterlabatur, antequam sen-  
 suum & imaginationis lyra rit̄e

com-

PARS SE<sup>E</sup>VNDA. 303

componi & cōcordari possit: tempus autem quod reliquum est: pro fructibus orationis colligendis impendendum est.

*Decimo quartō:* Non concidat animo, qui orationis exercitium arripit, si non statim sentiat illam deuotionis dulcedinem, quam desiderat, sed cum longanimitate, patientia & perseverantia, visitationes Domini expectet: quia immensae magnitudinis & excellentiae est Rex ille, cum quo sermonem habet, & res de qua tractat maximi ponderis: ipse vero vilissimus & abiectissimae conditionis homuncio, ac proinde nequaquam molestè ferre debet, si paulisper ante ianuam tanti Regis, expectare debeat.

Posteaquam vero aliquantis per praestolatus fuerit, si Dominus venerit, humillimas ei gratiarū actiones pro tanta benignitate referet: si minus, denuò se humiliabit: si autem omnino non venerit, patienti ac placido animo id sustinebit, atque indignum se visitatione diuina

N. 7 repu-

302. MORTVS ORAT.  
reputabit, & contentus erit sei-  
plum ei per propriæ voluntatis ab-  
negationem, inordinatorum des-  
teriorum & appetituū crucifixio-  
nem: continuam cum diabololu-  
ctam: & omnium quæ potest bono-  
rum operum effectionem, in sacri-  
ficiū obtulisse. Quamuis autem  
censeat se Deum non adorasse ado-  
ratione sensibili, sufficiat illi quod  
eum adorauerit in spiritu & verita-  
te, quales adoratores ille requirit.

Hæc fratres mei est vna omnium  
periculosisima charybdis, quæ in  
huius maris emenfione se offert:  
Hic est locus in quo veri spiritua-  
les, & interni homines, à falsis se-  
cernuntur, & internoscuntur: ex  
quo qui saluus emerserit, magnum  
pignus habet, se hoc itineris quod  
reliquum est prosperè confecturū.

Quod si existimat, se tempus il-  
lud quo sine gustu aut consolatione  
orat perdere, ac nequidquam & si-  
ne fructu sese fatigare: ego in hoc  
casu, non inconueniens iudicarem,  
ut librum aliquæ pium assumeret, &

012-

PARS SECVNDA. 303  
orationē cum lectione cōmutaret:  
hēc autē lectio sit attenta & nō ni-  
miū festina, vt nimirum omnia &  
singula meditationis dente benē  
masticentur & ruminētūr, quod fa-  
cillimū & incipientibus, conuēni-  
entissimum ac fructuosissimū est.

Decimoquinto: (Quod vnum ex  
principalioribus huius hortuli do-  
cumentis est, ac circa attentionem  
quæ in oratione habenda est, versa-  
tar:) Dum orationi & sanctis medi-  
tationibus incumbit, cauebit ne  
corde sit languido & dormītanti,  
sed viuido, attento, & in Deum ele-  
uato: cum maxima quæ possibilis  
sit homini attentione.

Aduertet nihilominus attentio-  
nem hanc moderatam esse debere,  
ne corporis sanitati nocua sit, aut  
deuotionem impedit: Sunt namq;  
nonnulli, qui caput suum immodi-  
cē fatigant, violenterque se cogunt  
ad eorum quæ mēte voluunt, atten-  
tionem: Contra sunt alij, qui, ne sa-  
nitati corporali detrimentum ali-  
quod adferant, ita languidi & re-  
missi sunt in precibus, vt facile

304 HOR<sup>VS</sup> ORAT.  
ab omni minimo vento cogitatio-  
num se hinc inde impelli atque di-  
strahi patientur.

Hæc duo extrema ut vitentur,  
magna opus est industria, tum ne  
violentia attentione mens & caput  
fatigentur, tum ne nimia socordia  
& dormitantia cogitationes adli-  
bitum euagentur.

Quia in re ita fœse orationis stu-  
diosus geret, ut is qui animal petui-  
lans & rebelle inquietat, qui habe-  
nas nec nimium laxat, nec immodi-  
cè attrahit, ne retro redeat, & cum  
magno suo discrimine, iter agat: Ba-  
dem moderatione attētio in preci-  
bus ei temperanda est, vt mens qui-  
dem præsens sit, & ad ea quæ voluit  
attendant: sed nimia violentia, & la-  
bore caput non fatigetur.

Canendum à  
nimia specu-  
latione in-  
tellectus in  
oratione.

Decimosexte: (quod documentum  
non minus quam præcedens nota-  
bile est:) Necessarium est ei qui huic  
sancto exercitio se dare velit, vt si-  
bi caueat à nimia speculatione in-  
tellectus, cò quod hoc exercitium  
magis sit affectus & voluntatis

2mo

amorosæ, quām intellectus speculatiui: Hic non pauci decipiuntur: qui ad orationem & mysteriorum cœlestium meditationem accedunt quasi nouos discursus aut explicaciones super ijs investigaturi, aut sermones ad populum habituri essent: quod potius est spiritum dispergere, quām colligere: & extra se egredi, quām sese intra se recipere: Quo fit vt oratione complcta, ita sicci, aridi, & omni succo deuotionis destituit: atque ita ad lenitates ac vanitates proni, vt accesserant, recebant: quia ( si verum fateri liceat ) orationi non incubuerunt, sed studia sua tractarunt, quod ab oratione valde differens, & diuersum est.

*Decimoseptimò & ultimò.* ( quod documentum omnibus orationis studiosis valde necessarium est:) Quemadmodum hoc exercitium quieto permanente intellectu, totum voluntati tribuendum est: ita voluntati necessarium quoque est voluntatem in oratione, rectè moderari & cauere ne nimis adferenda in suo exercitio sit violenta. da non est.

Sunt

306 HORTVS ORAT.

Sunt namque nonnulli, qui existimant deuotionem, brachiorum vice conqueri, ac proinde violentis suspircijs, lachrimis vi expressis, & tristitia coacta, vultu ad mœrorem composito, gestibusque inconditis compassionē in se excitare conatur: Quæ omnia potius cor exiccat, atque ad cœlestes visitationes, ut Cassianus docet, inhabile reddūt: Quinetiam maxime operè sanitati corporali nocent: vnde fit, ut cum se nullū ex oratione fructum, immo verò nil nisi laborem & molestiam retulisse animaduertunt, refugiunt iterum ad orationem reuerti, quam experti sunt, magnarum sibi molestiarum, & fatigationū causam fuisse. Sancta Elisabeth dicere solita fuit, lachrymas violéter ac cum tristitia profusas, Deo acceptas non esse.

Contentus sit itaque seruus Dei, quod in se erat fecisse, hoc est: spiritu promptū esse ad omnia quæ passus est Dominus: ac facie tristi & quieta illa inspexisse: ac cor detenero, compassuo, ad omnem dolorem

Satis est in  
oratione, si  
quis quod  
in se est fa-  
ciat.

tem quem Dominus ei immittere voluerit, parato: & potius ad suscipiendum affectum quem diuina misericordia dederit, quam ad eum violentia brachiorum exprimendum, prompto ea considerare. Hoc inquam ei sufficiat, nec immoderatae contristetur si nihil aliud ei donetur: Imò quamuis in ea ariditate sit, ut nihil boni cogitare valeat, pacem apud se conseruet & dicat: Domine hic tui amore sum. Amen.

## ARBOR MALO.

RVM AVRIORVM.

*Exercitium insigne ad perfectio-  
nis culmen apprehendendum  
viam sternens.*

## CAPUT XXI.

TEMPS nunc est Filij: ut pulcherrimis ac delitosissimis huius hortuli fructibus iam ante præmonstratis: (quos omni tempore à vobis carpi, & in congruum tempus afferuari velim) refecti: mecum inde transeuntes sub alterius arbo-  
ris

308 HORVS ORAT.

ris umbra, quæ IN VOCATIO  
FR VCT VVM cæteros suauitate  
ac sapore superantum, nuncupatur requiescat.

Si, Fratres, brevi tempore ad al-  
tissimum perfectionis fastigium per-  
tingere cupitis; exercitatione hanc,  
de qua nunc differa, assumite: quam  
semel in die hora præfixa omni-  
cum diligentia & deuotione exer-  
cebitis, nec gemerè deseretis aut in-  
termittetis. Quod si ut cupio, tota  
mentis intentione, & deuotione fe-  
ceritis, polliceri ausim hac unica  
exercitatione, breuissimo tempo-  
re ad magnū perfectionis gradum  
vos peruenturos.

Quare semel ut minimum in die,  
quomodo v- hora huic rei præstituta, in locum  
tendum sit  
hoc exerci-  
cio.

aliquem secretum, & ab omnibus  
minimum strepitu remotum abscede-  
te, ubi ab alijs non impediamini,  
imò unde si fieri possit, ne exaudiri  
quidem possitis, ut voces etiam &  
clamores ex intimo cordis affectu  
profectos, emittere liberè valeatis.

Attamen si huius vobis necedum  
copia

sopia fiat, eò quod annum nouitatis nondum expleueritis: exercitium hoc submissa minimum voce, at viuo & ardenti cum affectu aggrediamini: & quotidie in loco aliquo solitario prout melius poteritis conclusi: inibi auxilium Angelorum & sanctorum omnium: Beatisimæ Virginis MARIAE: IESU Christi Domini & Redemptoris nostri: atq; totius sanctissimæ Trinitatis diligètissimis precibus implorate: amoris diuini augmentum, gratiamque ad perfectionem totis viribus ascendendi petite: ac toto corpore in terram prostrati: catena collo circumiecta: manibusque in celum expansis, dicite.

O D E V S immensæ & æternæ *Innoscetio*  
Maiestatis: ego vilissima creatura SS. Trinitatis:  
te veneror, adoro, cōfiteor: & *tu*.  
cum maximo quo ab omnibus creaturis prædicari potes affectu laudo,  
prædico, & humiliter deprecor ut  
sancto amore tuo cor meum validissimè succendas, gratiamque largiaris, quo tibi inseparabiliter vni-  
ri, ac

**30** HORTVS ORAT.  
ri, ac supremum perfectionis &  
amoris apicem ad quem creatura  
pertingere potest: apprehendere  
valeam. O Mare pietatis. O pelagus  
misericordia. O amoris abyssus:  
amorem tuum cordi meo infere:  
trahe me D E V S ad perfectionis  
fastigium: ad veram tecum unionem,  
similitudinem, & voluntatis  
meæ cum tua conformitatem.

O Pater. O Fili. O Spiritus Sancte.  
O Pater æterne. O Fili Patris sapientia.  
O spiritus Sancte Patris & Filii amor.  
O tres Sanctissimæ Trinitatis Personæ. In hoc vastum amoris  
mare me demergite: in pelagus  
hoc inexhaustum me immittite:  
in immensam hanc perfectionis  
abyssum me præcipitate.

O sancta, benedicta, & immensa  
Trinitas: accende, inflamma, & con-  
sume cor meum in ardentiſſima tui  
sancti amoris fornace.

O sanctissima Christi humanitas:  
O Domine I E S U Christe quatenus  
homo interpella pro me, &  
hanc gratiam mihi impetra: quatenus

PARS SECONDA. 311

temus verò Deus Creator & Redemptor meus, largire mihi sanctum hunc amorem.

O I E S V te obsecro per sancta illa vulnera, quæ mea causa exceptisti: per preciosum illum sanguinem quem mei amore in Crucis ligno profundisti: exaudi me. Te deprecator per omnia merita sanctissimæ virtutis, passionis, & mortis tuæ: per merita Beatissimæ Matris tuæ: per merita & intercessiones Angelorum & Sanctorum omnium, succurre & opitulare mihi.

O Pater æterne, propter merita sanctissimæ virtutis & mortis unigeniti filii tui Domini nostri I E S V Christi, hunc mihi amorem imperare.

O M A R I A mater Dei peccato-  
rum singularis aduocata: & mea, B. Mariae  
qui peccatorum omnium sceleratissi-  
mus sum, specialis apud Deum inter-  
uentrix & Patrona: ad te confugio:  
tuam opem supplex imploro: tibi mea  
tota deuotione commendando: impetrabo  
mihi o sancta mater, diuinum amo-  
rem:

312 HORTVS ORAT.  
rem: & summum perfectionis sa-  
stigium. O Angelorum Regina. O  
Imperatrix cælorum. O Domina  
vniuersi, adiuua me, & tuis preci-  
bus mihi postula flagrantissimum  
amorem erga Deum & Creatorem  
meū: erga te: erga Angelos & San-  
ctos omnes: erga proximos deniq;  
vniuersos. O mater misericordia,  
certam spem habeo, me gratiā hanc  
quantumuis eximiam, facile obtin-  
turum, si pro me intercedere dig-  
nata fueris.

*Inuenatio  
SS. Angelo-  
rum.*

O Angeli. O Archangeli. O Thro-  
ni. O Dominationes. O Principa-  
tus. O Potestates. O Virtutes. O  
Cherubin. O Seraphin, precibus ve-  
stris mihi succurrите: & sanctis inf-  
fragijs vestris diuini amoris incen-  
dium cordi meo impetrare.

O S. Michael.

O S. Gabriel.

O S. Raphael.

O S. Angele custos animæ meæ.  
Ne me, obsecro, derelinquatis: sed  
perfectionem de diuinum amorem  
mihi vestris orationibus flagitate.

Ocz

O Cælestes & benedicti spiritus:  
per illum amorem quo vos Deus  
complexus est, & quo erga Deum  
flagratis, obsecro, intercedite pro  
me. O Beati spiritus, vos deprecor  
& adiuro per Beatissimæ virginis  
MARIAE, Reginæ vestræ merita,  
& per viscera Domini IESU Regis  
& Dei vestri: per sancta illius vul-  
nera & pretiosum sanguinem op-  
tulamini mihi: voces meas flebiles  
admittite, necessitatem aspicite:  
miseriam & humilitatem attendi-  
te, ac vestris orationibus subleuare.

O Ministri, O Nuntij, O Secreta-  
rij summi Regis impetrare mihi di-  
uni amoris ardorem.

O S. Ioannes Baptista.

O Omnes SS. Patriarchæ & Pro-  
phetæ intercedite pro me.

Innocatio

omnium

Sanctorum,

O S. Petre.

O S. Paule.

O S. Andræa.

O S. Iacobe.

O S. Iohannes: intercedite pro me, &  
diuinum amorem mihi impetrare.

O S. Thoma.

O

O S.

314 HOR<sup>T</sup>V S ORAT.

O S. Iacobe.

O S. Philippe,

O S. Bartholomæ.

O S. Matthæ, Apostoli IESV

Christi, intercedit pro me.

O S. Simon.

O S. Thadæ.

O S. Matthias.

O S. Barnaba.

O S. Luca.

O S. Marse.

Omnes SS. Apostoli, Euangeli-  
stæ, & discipuli Domini, intercedi-  
te pro me, & diuinum amorem mi-  
hi impetrare.

O omnes SS. Innocentes.

O S. Stephane.

O S. Laurenti.

O S. Vincenti.

O SS. Fabianie & Sebaste.

O SS. Ioannes & Paule.

O SS. Cosma & Damiane.

O SS. Geruasi & Protasi.

O omnes SS. Martyres, qui pro  
amore Domini I E S V sanguinem  
profudistis, intercedite pro me, &  
diuinum amorem mihi impetrare.

O S. Syl-

PARS SECUNDA. 315

O S. Syluester.

O S. Gregori.

O S. Ambroſi.

O S. Auguſtine.

O S. Hieronome.

O S. Martine.

O S. Nicolae.

O omnes SS. Doctores, Pontifices, & Confessores intercedite pro me, & diuinum amorem mihi impetrare.

O S. Benedicte.

O S. Antoni.

O S. Bruno.

O S. Bernarde.

O S. Dominice.

O S. Francifce, cum omnibus sanctis tuæ religionis.

O omnes sancti Monachi & Eremitæ: Sacerdotes & Leuitæ, intercedite pro me, & diuinum amorem mihi impetrare.

O S. Anna.

O S. Maria Magdalena.

O S. Agatha.

O S. Lucia.

O S. Agnes.

O S. A.

O S. C.

O S. Cæcilia.

O S. Catharina.

O S. Anastasia.

O S. Clara.

O S. Elisabeth.

O omnes SS. Virgines & viduz.

O omnes Sancti & Sanctæ Dei  
intercedite pro me, & diuinum  
amorem mihi impetrare.

O omnes ciues cœlici.

O cœlestis Paradisi incolæ.

O habitatores supernæ Patriæ.

O Contemplatores diuinæ faci-  
ei intercedite pro me.

O vos qui diuino amore totia-  
detis, diuini amoris incendium mi-  
hi poscite, ac vestris sanctis suffra-  
gijs me adiuuate, ut ad summum  
diuini amoris gradum, ac sanctæ  
perfectionis fastigium portingere  
valeam.

IN N O M I N E P A T R I S , E T  
Filiij, & Spiritus sancti.

Amen.

*Modus breuissimus & efficacissi-  
mus orandi Deum.*

CAPIT

## CAPUT XXI.

BOne, Pulcherrime. Do- oratio fu-  
mine, Dulcis. Miseris gularis sen-  
tors, misere mei, & om- per ore aut  
nium animarum, tam vi- corde prafer-  
uorum quam mortuorum,  
renda.  
quas redemisti tuo pretio-  
so sanguine.

Hec oratiuncula magnam habet  
efficiaciam quiduis à Deo impetrā-  
di: ut testis est Regius Propheta di-  
cens: *Laudans innocabo Dominum & ab inimicis meis salvus ero.*  
*Psal. 17.*

Ac proinde qui cum fructu or-  
re volet, in omni petitione quinque  
hec nomina præmitteret.

Bone. Pulcherrime. Do-  
mine, Dulcis, Misericors.

Deinde quicquid petere vult sub-  
iunget; maximè ut Deus misere-  
tur sui & omnium fidelium tam  
viuorum, quam defunctorum, quā-  
doquidem oratio quādō est gene-  
ralior, tantō & fructuosior. Poterit

O 3 autem

318 HORTVS ORAT.

autem eam, ore vel corde proutlibitum fuerit frequentare.

Ei autem qui eam crebro pio cum cordis affectu usurpauerit, sedem facere ausim, ipsum omnia quæcunque ipsi utilia & salutaria fuerint obtenturum: cum nullus orandi modus eis sit efficacior, quo Deus laudatur & misericordia illius extollitur, quemadmodum in predicta oratione fit, ubi Bonus, pulcher, Dominus, dulcis, & misericors appellatur.

Possunt etiam sequentes S. scripturæ sententiæ ad hoc ipsum adhiberi.

Sententia aliquot, quibus Deus laudatur: at benevolentia illius, ante orationem conciliatur.

Sap. 15.

**T**V autem Deus noster suavis, & verus es, patiens & in misericordia disponens omnia.

Psal. 17.

Diligam te Domine fortitudinea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Non

PARS SECUNDA. 319

Non est similis tui in Digno- Psalm.85.  
ne: & non est secundum opera tua.

Quoniam magnus es tu: & facies  
mirabilia: tu es Deus solus.

Quia tu es Dominus, altissimus, 2. Par.36.  
benignus, longanimis, & multum  
misericors & poenitens super ma-  
litias hominum.

Quis similis tuu in fortibus Do- Exod.15.  
mine? quis similis tui? magnificus  
in sanctitate: terribilis atq; lauda-  
bilis, & faciens mirabilia.

Domine Deus virtutum quis si- Psal.38.  
milis tibi? potens es Domine, &  
veritas tua in circuitu tuo.

Et tu Domine Deus miserator, Psal.85.  
& misericors: patiens & multæ mi-  
sericordiæ, & verax.

*Exercitium aliud ad perfectionis cul-  
men apprehendendum efficacissi-  
mum, vsus videlicet oratio-  
num iaculatoriarum.*

CAPUT XXIII.

ORATIONES iaculatoriæ  
sunt flores quidam venustissimi,

O 4 per

330 HORTVS ORAT.  
per vniuersum hunc hortulum dis-  
persi: qui ab ijs, qui se sanctæ orati-  
onis exercitationi tradere volue-  
rint, omni studio ac diligentia col-  
ligendi & carpendi sunt.

Quod ut facilius fiat: aliquot hic  
orationes iaculatorias ex psalmis  
depromptas, iuxta varietatem affe-  
ctuum subiiciemus, ad quarum imita-  
tionem unusquisque alias prout  
eum spiritus sancti vngstio docue-  
rit, sibi conquirere poterit.

Orationes  
Iaculatoriae.  
*Psal. 3.*

*Psal. 7.*

*Psal. 9.*

*Ad opem in persecutionibus inimi-  
corum implorandam.*

Domine quid multiplicati sunt  
qui tribulant me, multi insurgunt  
aduersum me.

Domine Deus meus in te spera-  
ui, saluum me fac, ex omnibus per-  
sequentibus me, & libera me.

Miserere mei Domine: vide hu-  
militatem meam de inimicis meis.

Vt quid Domine recessisti longe,  
despis in oportunitatibus, in  
tribulatione.

*Exurge Domine Deus meus &  
exal-*

PARS SECUNDA. 327  
exaltetur manus tua: ne obliuiscar-  
is pauperum.

Propter quid irritauit impius  
Deum? dixit enim in corde suo non  
requiri.

Vides quoniam tu laborem &  
dolorem consideras: ut tradas eos  
in manus tuas.

Tib i derelictus est pauper; or-  
phano tu eris adiutor, usquequo  
Domine obliuisceris me in finem: *psal. 12.*  
usquequo auertis faciem tuam a  
me.

Usquequo exaltabitur inimicus  
meus super me; respice & exaudi  
me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne un-  
quam obdormiam in morte; ne  
quando dicat inimicus meus prae-  
ualui aduersus eum.

Qui tribulant me exultabunt si  
motus fuero: ego autem in miseri-  
cordia tua speravi.

Ad te Domine leuaui animam *psalm. 24.*  
meam: Deus meus in te confido,  
non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei:  
O s etenim

322 HORTVS ORAT.  
etenim vniuersi qui sustinent te,  
non confundentur.

Respice in me, & miserere mei:  
quoniam vnicus & pauper sum  
ego.

Tribulationes cordis mei mul-  
tiplicatę sunt, de necessitatibus me-  
is erue me.

Respice inimicos meos, quoniam  
multiplicati sunt: & odio iniquo  
oderunt me.

*Psalm. 30.*

In te Domine speravi, non con-  
fundar in æternum: in iustitia tua  
libera me.

Esto mihi in Deum protectorem,  
& in domum refugij, ut saluum me  
facias.

In manus tuas commendō spiri-  
tum meum: redemisti me Domine  
Deus veritatis.

Eripe me de manu inimicorum  
meorum: & à persequentibus me.

*Psalm. 35.*

Tu es refugium meum à tribula-  
tione quæ circundedit me: exulta-  
tio mea, erue me à circundantibus  
me.

*Psalm. 34.* Iudica Domine nocentes me:

ex

expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum: &  
exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam & conclude  
aduersus eos qui persequuntur me;  
dic animæ meæ salus tua ego sum.

Domine quando respicies; re-  
stitue animam meam à malignitate  
eorum; à leonibus vnicam meam.

Vidisti Domine, ne sileas: Domi-  
ne ne discedas à me.

Ne derelinquas me Domine De- Psalm. 37.  
us meus: ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum:  
Domine Deus salutis meæ.

Complaceat tibi Domine ut eru- Psalm. 39.  
as me: Domine ad adiuandum  
me respice.

Adiutor meus, & protector me-  
us tu es: Deus meus ne tardaueris.

Quare oblitus es mei; & quare  
contristatus incedo, dum affigit  
me inimicus?

Judica me Deus & discerne cau- Psalm. 42.  
sam meam de gente non sancta:  
ab homine iniquo & doloso erue  
me.

O 6      Quia

324 HORTES ORAT.

Quia tu es Deus fortitudo mea  
quare me repulisti? & quare tristis  
incedo dum affligit me inimicus?

Psal. 43.

Exurge quare obdormis Domi-  
ne? exurge & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis; ob-  
liuisceris in opere nostrae, & tribula-  
tionis nostrae?

Exurge Domine adiuua nos, &  
redime nos propter nomen tuum.

Deus in nomine tuo saluum me  
fac: & in virtute tua iudica me.

Miserere mei Deus quoniam co-  
culcauit me homo: tota die impu-  
gnans tribulauit me.

Miserere mei Deus, miserere  
mei: quoniam in te confidit anima  
mea.

Eripe me de inimicis meis Deus  
meus: & ab insurgentibus in me li-  
bera me.

Eripe me de operantibus iniqui-  
tatem: & de viris sanguinum salua  
me.

Quia ecce ceperunt animam  
meam: irruerunt in me fortis.

Exurge in occursum meum, &  
vide

PARS SECVNDA. • 335

vide: & tu Domine Deus virtutum  
Deus Israel.

Da nobis auxilium de tribulatio- *Psal. 59.*  
ne, quia vana salus hominis.

Saluum me fac Dens: quoniam *Psal. 68.*  
intrauerunt aquæ usque ad animam  
meam.

Infixus sum in limo profundi:  
& non est substantia.

Veni in altitudinem maris: &  
tempestas demersit me.

Multiplicati sunt super capillos  
capitis mei: qui oderunt me gratis.

Eripe me de luto ut non infigar:  
libera me ab his qui oderunt me, &  
de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas a-  
quæ: neque absorbeat me profun-  
dum: neque urget super me puteus  
os suum.

Exaudi me Domine quoniam  
benigna est misericordia tua; se-  
cundum multitudinem miserationis  
tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à pue-  
ro tuo: quoniam tribulor, velociter  
exaudi me.

O  Intende

326 HORTVS ORAT.

Intende animæ meæ & libera  
eam: propter inimicos meos eripe  
me.

Psalm.69.

Deus in adiutorium meum in-  
tende: Domine ad adiuuandum me  
festina.

Ego verò egenus & pauper sum:  
Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator me-  
us es tu: Domine ne moreris.

Psalm.70.

In te Domine speraui, non con-  
fundar in æternum: in iustitia tua  
libera me.

Esto mihi in Deum protectorem,  
& in locum munitum: ut saluum  
me facias.

Deus meus eripe me de manu  
peccatoris, & de manu contra le-  
gem agentis & iniqui.

Quoniam tu es patientia mea  
Domine: Domine spes mea à illa-  
uentute mea.

Ne proijcas me in tempore se-  
nectutis: cùm defecrit virtus mea,  
ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mi-  
hi, & qui custodiebant animam  
meam,

PARS SECUNDA. 327

meam, consilium fecerunt in vnum.

Dicentes: Deus dereliquit eum:  
persequimini & comprehendite  
eum: quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris à me: Deus  
meus in auxilium meum respice.

Deus iniqui insurrexerunt ad- *Psalm. 85.*  
uersum me: & fortis quæsierunt  
animam meam: & non proposue-  
runt te in conspectu suo.

Respice in me, & miserere mei:  
da imperium tuum puerō tuo: &  
saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum:  
ut videant qui oderunt me & con-  
fundantur: quoniam tu Domine  
adiuuisti me, & consolatus es  
me.

Tuus sum ego, saluum me fac:  
quoniā iustificationes tuas exqui-  
siui.

Humiliatus sum usquequaque: *Psalm. 118.*  
Domine viuifica me secundūm ver-  
bum tuum.

Adiutor & susceptor meus es  
tu: & in verbum tuum superspera-  
ui.

Feci

33. HORTUS ORAT.

Feci iudicium & iustitiam: ne  
tradas me calumniantibus me.

Aspice in me, & miserere mei:  
secundum iudicium diligentium no-  
men tuum.

Redime me à calumnijs homi-  
num: ut custodiam mandata tua.

Psalms. 108.

Libera me quia egenus, & pauper  
ego sum: & cor meum conturba-  
tum est intra me.

Aduua me Domine Deus meus:  
saluum me fac secundum misericor-  
diam tuam.

Psalms. 118.

Vide humilitatem meam & eri-  
pe me, quia legem tuam non sum  
oblitus.

Psalms. 119.

Domine libera animam meam,  
à labijs iniquis & à lingua dolosa.

Psalms. 122.

Ad te levavi oculos meos: qui  
habitas in celis.

Psalms. 139.

Eripe me Domine ab homine  
malo: à viro iniquo eripe me.

Custodi me Domine de manu  
peccatoris: & ab hominibus iniquis  
eripe me.

Ne tradas me Domine à deside-  
rio meo peccatori: cogitauerunt

60

PARS SECUNDA. 329

contra me: ne derelinquas me, ne  
forte exalentur.

Libera me à persequentibus me:  
quoniam confortati sunt super  
me. *Psalm. 140.*

Eripe me de inimicis meis: Do-  
mine ad te confugi: doce me facere  
voluntatem tuam, quia Deus meus  
est tu. *Psalm. 142.*

Emitte manum tuam de alto: *Psalm. 143.*  
eripe me & libera me de aquis mul-  
tis: & de manu filiorum alieno-  
rum.

*Ad Deum orandum: ut orationes  
exaudiatur.*

Verba mea auribus percipe Do- *Psalm. 5.*  
mine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mea:  
Lex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine:  
mane exaudies vocem meam.

Exaudi Domine iustitiam meam: *Psalm. 16.*  
Intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem me-  
am: non in labijs dolosis.

Ego clamavi quoniam exaudisti

me.

330 HORTVS ORAT.

me Deus: inclina aurem tuam, &  
exaudi verba mea.

Psalm. 26.

¶

Exaudi Domine vocem meam  
qua clamaui ad te: miserere mei, &  
exaudi me.

Psalm. 27.

Ad te Domine clamabo, Deus  
meus ne fileas a me: ne quando tace-  
as a me: & assimilabor descenden-  
tibus in lacum.

Exaudi Domine vocem deprec-  
tionis meae dum oro ad te: dum ex-  
tollo manus meas ad templum san-  
ctum tuum.

Inclina ad me aurem tuam: ac-  
celera ut eruas me.

Psalm. 37.

Quoniam in te Domine sperau-  
tu exaudies me Domine Deus me-  
us.

Psalm. 38.

Exaudi orationem meam Domi-  
ne, & deprecationem meam: aur-  
ibus percipe lachrymas meas.

Ne fileas: quoniam aduena ego  
sum apud te: & peregrinus, sicut  
omnes Patres mei.

Deus exaudi orationem meam:  
auribus percipe verba oris mei.

Exau-

PARS SECUNDA. 331

Exaudi Deus orationem meam: *Psalm.54.*  
& ne despixeris deprecationem  
meam: intende mihi, & exaudi  
me.

Domine Deus virtutum quo-  
que irasceris super orationem ser-  
ui tui?

Domine Deus virtutum exaudi *Psalm.83.*  
orationem meam: auribus percipe  
Deus Iacob.

Inclina Domine aurem tuam, & *Psalm.85.*  
exaudi me: quoniam inops, & pau-  
per sum ego.

Auribus percipe Domine orati-  
onem meam: & intende voci depre-  
cationis meæ.

In die tribulationis meæ clama-  
ui ad te: quoniam exaudisti me.

Domine Deus salutis meæ: in die *Psalm.87.*  
clamaui & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio  
mea: inclina aurem tuam ad pre-  
cem meam.

Et ego ad te Domine clama-  
ui: & manè oratio mea præueniet  
te.

Vt

332 HORTVS ORAT.

Vt quid Domine repellis orationem meam? & auertis faciem tuam à me?

*Psalms. 101.* Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me; in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die invocaueris te: velociter exaudi me.

*Psalms. 118.* Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine, iustificationes tuas requiram.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine, & secundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

*Psalms. 129.* De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Piant

Fiant aures tuæ intendentes: in  
vocem deprecationis meæ.

In quacunque die inuocauero te  
exaudi me, multiplicabis in anima  
mea virtutem.

Domine clamaui ad te, exaudi *Psalm. 137.*  
me: intende voci meæ cùm clama-  
uero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut in- *Psalm. 142.*  
censum in conspectu tuo: eleuatio  
manuum mearum, sacrificium  
vespertinum.

Clamaui ad te Domine: dixi, tu  
es spes mea: portio mea in terra vi-  
uentium.

Intéde ad deprecationem meam: *Psalm. 145.*  
quia humiliatus sum nimis.

Domine exaudi orationem me-  
um, auribus percipe obsecratio-  
nem meam: in veritate tua, exaudi *Psalm. 142.*  
me in tua iustitia.

Velociter exaudi me Domine:  
defecit spiritus meus.

Ad rogandum Deum ut nos in viam  
rectam ipsi bene famulandi  
deducat.

Domi-

334 HORTUS ORAT.

*Psalm. 5.*

Domine deduc me in iustitia tua  
propter inimicos meos; dirige in  
conspicere tuo viam meam.

*Psalm. 16.*

Perfice gressus meos in semitis  
tuis: ut non moueantur vestigia mea.

*Psalm. 24.*

Vias tuas Domine demonstra mihi,  
& semitas tuas edoce me.

*Psalm. 26.*

Dirige me in veritate tua, & doce me:  
quia tu es Deus saluator meus:  
& te sustinui tota die.

*Psalm. 50.*

Legem proprie mihi Domine in  
via tua: & dirige me in semitam  
rectam propter inimicos meos.

*Psalm. 85.*

Cor mundum crea in me Deus:  
& spiritum rectum innoua in vilce-  
ribus meis.

Deduc me Domine in via tua: &  
ingrediar in veritate tua: latetur  
cor meum ut timeat nomen tuum.

*Psalm. 118.*

Vtinam dirigantur viæ meæ ad  
custodiendas iustificationes tuas.

Benedictus es Domine: doce me  
iustificationes tuas.

Vias meas enuitiaui, & exaudiisti  
me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum in-  
strue me, & exercebor in mirabili-  
bus tuis.

Legem pone mihi Domine viam  
iustificationum tuarum : & exqui-  
ram eam semper.

Da mihi intellectū, & scrutabor  
legem tuam: & custodiam illam in  
toto corde meo.

Deduc me in semitam mandato-  
rum tuorum: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia  
tua: & non in auaritiam.

Misericordia tua Domine plena  
est terra : doce me iustificationes  
tuas.

Bonitatem , & disciplinam , &  
scientiam doce me: quia mandatis  
tuis credidi.

Manus tuæ fecerunt me , & plas-  
mauerunt me: da mihi intellectum  
vt discam mandata tua.

Voluntaria oris mei beneplaci-  
ta fac Domine : & iudicia tua doce  
me.

Adiuua me, & saluus ero: & me-  
ditabor in iustificationibus tuis  
semper.

Confige timore tuo carnes me-  
as: à iudicijs enim tuis timui.

Ser-

**36. HORTVS ORAT.**

Seruus tuus sum ego: dñ mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.

Erravi sicut ovis quæ perijt; quare seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

*Psalms. 138.*

Proba me Domine & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

*Psalms. 142.*

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuavi animam meam.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me iniquitate tua.

Educes de tribulatione animam meā: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam

nimam meam: quoniam ego seruus  
tuus sum.

*Ad petendum ne cōtra nos ira seatur,  
sed secundum misericordiam  
suam nobiscum agat.*

Mirifica misericordias tuas, qui *Psalm. 16.*  
saluos facis sperantes in te.

Reminiscere miserationum tua-  
rum, Domine: & misericordia-  
rum tuarum, quæ à sæculo sunt. *Psal. 24.*

Secundum misericordiam tuam  
memento mei tu: propter bonita-  
tem tuam Domine.

Propter nomen tuum Domine  
propitiaberis peccato meo: mul-  
tum est enim.

Ne auertas faciem tuam à me: ne *Psal. 26.*  
declines in ira à seruo tuo.

A diutor meus esto, ne derelin-  
quas me: neque despicias me Deus  
salutaris meus.

Ne tradideris me in animas tri-  
bulantium me: quoniam insurrexe-  
runt in me testes iniqui: & mentita  
est iniquitas sibi.

Ne simul tradas me cum pecca- *Psalm. 7.*  
P tori-

338 HORTVS ORAT.  
toribus:& cum operantibus iniqui-  
tatem ne perdas me.

Psal. 30.

Miserere mei Domine, quoniam  
tribulor: conturbatus est in ira ocul-  
lus meus: anima mea & venter me-  
us.

Ego autem in te speravi Domi-  
ne: dixi, Deus meus es tu: in mani-  
bus tuis sortes meæ.

Illustra faciem tuam super ser-  
uum tuum: saluum me fac in misé-  
ricordia tua: Domine non confun-  
dar quoniam inuocauit te.

Psal. 32.

Fiat misericordia tua Domine  
super nos: quemadmodum sperau-  
mus in te.

Psal. 39.

Tu autem Domine ne longè fa-  
cias miserationes tuas à me: misé-  
ricordia tua, & veritas tua semper  
suscepimus me.

Psalm. 40.

Tu autem Domine miserere mei:  
& resuscita me, & retribuam eis.

Psal. 50.

Miserere mei Deus; secundum  
magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem mi-  
serationum tuarum: dele iniqui-  
tem meam.

Amplius

PARS SECUNDA. 339

Amplius laua me ab iniuitate  
mea: & à peccato meo munda me.

Auerte faciem tuam à peccatis  
meis : & omnes iniuitates meas  
dele.

Ne proijcas me à facie tua: &  
spiritum sanctum tuum ne auferas  
à me.

Conuerte nos Deus salutaris no- Psal. 48.  
ster: & auerte iram tuam à nobis.

Ostende nobis Domine miseri-  
cordiam tuam : & salutare tuum da  
nobis.

Et veniat super me misericordia Psalm. 118.  
tua Domine : salutare tuum secun-  
dum eloquium tuum.

Deprecatus sum faciem tuam in  
toto corde meo : miserere mei se-  
cundum eloquium tuum.

Fiat misericordia tua Domine  
vt consoletur me: secundum eloqui-  
um tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserations tuæ  
& viuam: quia lex tua méditatio  
mea est.

Secundum misericordiam tuam  
vivifica me; & custodiam tuam te-  
stimonia

stimonia oristui.

Misericordia tua multa Domine: secundum iudicium tuum vivifica me.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua vivifica me.

*Ad petendum Deo, ut infirmatibus anima & corporis medeatur.*

*Psal 1. 6.*

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

*Psal 29.*

Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

*Psal 85.*

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum

taum Deus meus sperautem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: laxifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animan meam leuaui.

*Ad laudandum Dominum.*

CONFITEOR tibi Domine *psal. 9.*  
in toto corde meo: narrabo omnia  
mirabilia tua.

Lætabor, & exultabo in te: psalam nomini tuo altissime.

Exultabit cor meum in salutari *psalm. 14.*  
tuo: cantabo Domino qui bona tri-  
buit mihi: & psallam nomini Do-  
mini altissimi.

Diligam te Domine fortitudo *psal. 17.*  
mea: Dominus firmamentum me-  
um, & refugium meum, & libera-  
tor meus.

Deus meus adiutor meus: & spe-  
rabo in eum.

Protector meus, & cornu salutis  
meæ: & susceptor meus.

Laudans inuocabo Dominum:  
& ab inimicis meis saluus ero.

Propterea confiteor tibi in nati-

P 3      onibus

342 HORTVS ORAT.  
onibus Domine: & nomini tuo  
psalmum dicam.

Psaln. 20.

Exaltare Domine in virtute tua:  
cantabimus & psallemus virtutes  
tuas.

Psaln. 25.

Pes meus stetit in directo: in ec-  
clesijs benedic te Domine.

Psaln. 29.

Exaltabo te Domine quoniam  
suscepisti me: ne delectasti inimi-  
cos meos super me.

Psaln. 30.

Domine eduxisti ab inferno ani-  
mam meam: saluasti me à descen-  
dientibus in lacum.

Psaln. 39.

Quām magna multitudo dulce-  
dinis tuae Domine: quām abscondi-  
sti timentibus te.

Psaln. 47.

Multa fecisti tu Domine Deus  
mirabilia tua: & cogitationibus tu-  
is, non est qui simili sit tibi.  
Secundūm nomen tuum Deus,  
sic & laus tua in fines terrae: iustitia  
plena est dextera tua.

Psaln. 51.

Confitebor in sacerdolum quia fe-  
cisti: & expectabo nomen tuum,  
quoniam bonum est in conspectu  
sanctorum tuorum.

Psaln. 55.

In quacunque die inuocauerō te

ecce

PARS SECUNDA. 343

ecce cognoui quoniam Deus meus  
es.

In me sunt Deus vota tua : quæ  
reddam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam me-  
am de morte : & pedes meos de la-  
psu: ut placeam coram Deo in lumi-  
ne viventium.

Clamabo ad Deum altissimum: *Psalm. 56.*  
Deum qui bene fecit mihi.

Paratum cor meum Deus, para-  
tum cor meum: cantabo & psalmū  
dicam.

Confitebor tibi in populis Do-  
mine : & psalmum dicam tibi in  
gentibus.

Quoniam magnificata est usque  
ad cælos misericordia tua : & usque  
ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos Deus : &  
super omnem terram gloria tua.

Ego autē cantabo fortitudinem *Psalm. 58.*  
tuam: & exaltabo manū misericor-  
diam tuam.

Quia factus es susceptor meus: &  
refugium meum in die tribulatio-  
nis meæ.

P 4      Adiutor

344 HORTVS GRAT.

Adiutor meus tibi psallam: quia  
Deus susceptor meus es: Deus meus  
misericordia mea.

Psalm. 60.

Sic psalmum dicam nomini tuo  
in saeculum saeculi: ut reddam vota  
mea de die in diem.

Psalm. 65.

Introibo in domum tuam in ho-  
ocaustis: reddam tibi vota mea,  
quae distinxerunt labia mea.

Psalm. 66.

Confiteantur tibi populi Deus:  
confiteantur tibi populi omnes.

Psalm. 67.

Ascendisti in altum: cepisti cap-  
tivitatem, accepisti dona in homi-  
nibus.

Psalm. 70.

Repleatur os meum laude, ut ca-  
tem gloriam tuam: tota die magni-  
tudinem tuam.

Ego autem semper sperabo: &  
adijciam super omnem laudem tuam.

Os meum annunciat iustitiam  
tuam: tota die salutare tuum.

Nam & ego confitebor tibi in  
vasis psalmi veritatem tuam Deus:  
psallam tibi in cithara sanctus Israel.

Exultabunt labia mea cum can-  
tauero tibi: & anima mea quam re-  
demisti.

Non

PARS SEGUNDA. 345

Non est similis tui in diis Domini Psalm. 85.  
ne: & non est secundum opera tua.

Quoniam magnus es tu, & faciens  
mirabilia: tu es Deus solus.

Confitebor tibi Domine Deus  
nous, in toto corde meo: & glorifi-  
cabo nomen tuum in aeternum.

Quia misericordia tua magna est  
super me: & eruisti animam meam  
ex inferno inferiori.

Et tu Domine Deus miserator &  
misericors: patiens, & multe mis-  
ericordiae & verax.

Domine Deus virtutum quis si- Psalm. 38.  
milis tibi: potens es Domine: & ve-  
ritas tua in circuitu tuo.

Tui sunt coeli, & tua est terra: or-  
bem terrae & plenitudinem eius tu  
fundasti: Aquilonem & mare tu  
creasti.

Paratum cor meum Deus, para- Psalm. 10  
tum cor meum: cantabo & psallam  
in gloria mea.

Confitebor tibi in populis Do-  
mine: & psallam tibi in nationibus.

Confitebor tibi Domine in toto Psalm. 11  
corde meo: in consilio iustorum, &

P 5 con-

346 HORTVS ORAT.

congregatione.

*Psalm. 117.* Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudiisti me: & factus es mihi in salutem.

*Psalm. 118.* Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiae tuæ.

Vivet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

*Psalm. 137.* Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psalam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo.

*Psalm. 138.* Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: & anima mea cognoscet nimis.

*Psalm. 143.* Dens canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psalam tibi.

*Psalm. 144.* Exaltabo te Deus meus rex: & bene-

PARS SECUNDA. 347

benedicam nomini tuo in sæcu-  
lum, & in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam ti-  
bi: & laudabo nomen tuum in sæ-  
culum, & in sæculum sæculi,

Fons limpidissimus, & iucundissimus  
vniuersum hunc hortu-  
lum irrigans.

CAPUT XXIV.

E QVID huic nostro hortulo  
ad perfectionem deest, nisi fons  
viius & perennis, qui flores & ce-  
neras plantationes irriget? O IESU  
Cruci affixe nunquid pulchriorem  
& viuaciorem fontem teipso repe-  
rire potero, qui pluribus è locis,  
speciatim è quinque vulneribus tui  
facri corporis, non tantum riuos,  
sed abundantissima flumina precio  
si sanguinis scaturis?

Tu itaque IESU in Cruce pen-  
dens, sis fons indeficiens exigui hu-  
ius hortuli: aqua sit pretiosissimus  
sanguis tuus.

P 6 Obe-

O Benedicte & dulcissime sanguis Christi, te adoro, tibi que omniem illam venerationem & cultum exhibeo, quem tibi deferri possibile est: aut certe quia tantum facere nequeo, hoc ipsum facere desidero: & si in potestate mea esset, facerem.

O Sanguis pure & innocens, qui de corpore IESU profluxisti, quis mihi te in vas pretiosum tibi conueniens colligat, ut te potare, atque animam meam diuino amore inebriare valeam?

O Sanguis benedicte, utinam praesens extitissim, quando primum de corpore IESU dum in te nella aetate infans octo dierum circumcidetur, profluxisti, te reue renter collectum ebibissem.

O Sacrosancte sanguis, o pretiose liquor, utinam adfuissem quando abundanter de sanctissimo corpore Christi in agonia existentis profluxisti, diuinam faciem eius irrigasti, vestes infecisti, & terram lapides ac herbas nimium felicis illius horti conspersisti.

O vi-

O vtinam præsens fuisssem, illum certè antequam in terram dilapsus fuisset, cum omni diligentia exceptisssem, faciem tuam absterfissem, quamuis dignus ei appropinquare, aut oculos in eam defigere non fuisssem: Et si aliqua pars eius in terram cecidisset, eum reuerenter collegissem, humum & herbas linxissem, lapidesque abluiisset, ac deosculatus fuisssem.

O IESV moëste & afflicte, utinam te sequi potuisset, quando ex horto vincetus Hierosolymam ad domum Pontificum perductus fuisti, ubique sanguinis vestigia relinquentis, certè quanta maxima fieri potuisset cura collectum suauiter ebibissem.

O IESV spes mea: vtinam adfuisse, quando in domo Annæ immaniter in maxillâ pugno percussus: & quando in domo Caiphæ Pontificis tota nocte indignissime tractatus, cæsus, consputus, flagellatus fuisti, vniuersum palatium carceremq; in quē detrusus fuisti,

P 7                    Sangu-

sanguinis riuis aspergens. O spes mea, cum lachrymis omnem hunc sanguinem conquisiuissem, & epo-tasse, cunctaque loca vbi vestigia eius inuenissem, osculatus fuisset, & lambendo detersisset.

O IESU amor meus, utinam dignus habitus fuisset, te summo manere vincitum comitari a Caipha ad Pilatum: a Pilato ad Herodem: ab Herode rursum ad Pilatum; ac certe te loca omnia quæ vestigijs premeres sanguine inficitem, quam dulciter illum collegisset.

O bone IESU spes animæ meæ, utinam præsens extitisset, quando vestibus exutus, & atrocissime flagellatus fuisti, ingentemque lacum sanguinis in terra reliquisti: sane illum quam diligentissime, ad ultimam usque guttam collegisset, totumque exhausisset: Ipsam etiam columnam & flagella sanguine tuo tincta lingua detersisset: iijq; dulcia oscula impressisset, & terrâ lachrymis oculorū meorū irrigatam & ablutam osculatus fuisset.

O IESU

PARS SECUNDA. 351

O IESV vita viæ meæ: vtinam adfuissem quando diris spinarum aculeis caput tuum sanctissimum perforatum fuit: non expectassem, quoadusque pretiosissimus iste sanguis tuus in terram defluxisset, sed vas aliquod mudum supposuissem, sanguinemque ex capitis vulneribus spinarum immanitate inflictis per oculos & vultum defluentem reuerenter excepissem, ac ebibissem, vt anima mea diuino amore inebriata fuisset.

O IESV cor meum, ne vnam quidem guttulam pretiosi tui sanguinis neglexissem, sed omni studio totam aulam, Prætorium, & gradus quos descenderas, quando à palatio Pilati ad montem Caluariæ crucifigendus ductus fuisti, perscrutatus fuissem.

O MARIA mater IESV, interea dū tu filio ponderosam Crucis trahem ad locū Caluarię bafulanti obuiā factā, in terrā exanimis corruesti, ego pretiosū sanguinē eius collegissem, & eum terra ac lachrymis tuis.

352 HORTVS ORAT.  
tuis permixtum epotasse, filium  
que tuum usque ad montem Calua-  
riæ comitatus fuissim.

O IES V mi non prouocasset  
mihi naufragia potio pretiosi sanguis  
tui, qui e corpore tuo lacerato  
defluxit, quando in Crucem agen-  
dus, vestibus exutus fuisti, qua de-  
spoliatione omnium tua vulnera de-  
integro renouata sunt, & sanguinem  
copiosissime manarunt.

O IES V viscum bonum meum:  
vtinam præsens extitissim, quando  
duris clavis Crucis affixus fuisti:  
aliud nihil egissem, quam quod de  
manu ad manum, de pede ad pe-  
dem, tui sanguinis congregandi  
gratia cucurrissem, ne in terram  
fluxisset, eumque simul collectum  
ebibissem, ut tui amore inebriarer.

O CR V X sancta sanctissimo &  
purissimo sanguine Christi con-  
spersa, te diligentissime lingua de-  
tersissem, & osculatus essem.

O Virgo immaculata, tuum et  
iam pallium & vestes visitassem, in-  
de que sanguine IES V Christi filij

pri

tui, quo aspersa fueras, collegissim.

O Ioannes: O Magdalena, qui plorantes ad pedes Christi crucifixi Magistri vestri consistebatis, vestra etiam vestimenta osculatus essem, lambissem, & pretiosum IESVS Christi sanguinem exuxissem.

O dira & crudolis lancea, quæ post mortem ne sancto quidem corpori minime pepercisti: sed pectus eius transfoisti, utinam adfuissem, non expectassem quo usque pretiosus Christi sanguis aqua permixtus (vti S. Ioannes ait: *Exiuit sanguis Iohann.* & aqua) in terram manasset, sed continuò accurrissem, & ore meo omnem illum sanguinem excepisse, forsitan etiam immanitatem illius, qui in mortuum corpus tam acriter deserviuit, præuenisse, & mitigasse.

O sanguis dulcissime, O sanguis purissime, tui colligendi causa ipsam etiam crudelem lanceā osculatus essem, neque me acutissimæ spinae impediuerissent, quo minus in sacra corona, qua caput tuum coronatum fuit, omnem sanguinem collegissim.

O Sa-

354 HORTVS ORAT.

O Sacrosancte sanguis ferreos etiam  
clavos, quibus manus & pedes confixi,  
catenas, & funes quibus collum tum  
ligatum, & constrictum fuit, ore con-  
tingere non erubuisse: Imo, O bone  
Iesu, salus animae meae, tui sanguinis  
colligendi gratia nec immundas car-  
nificum & tortorum tuorum vestes  
lambere verecum datus fuissim.

O Sanguis dulcissime, tanta est dul-  
cedo & suavitatis tua, ut si a foedis &  
immundis spiritis spurcissimorum lu-  
dorum, quibus in facie Christi per-  
mixtus eras, te separare non potui-  
sem, ea tecum pariter exhausissim.

O innensa sanguinis Iesu Christi  
dulcedo: o suavitatis: o saccarum: o mel:  
o Manna: o nectar suauissimum: o am-  
brosia dulcissima. O sanguis, o san-  
guis, o sanguis Domini mei IESU  
Christi inebria animam meam.

Iean. 6.

Caro mea vere est cibus, & sanguis meu-  
re vere est potus. Dic mihi, amabo te, ani-  
ma mea, quid causae est, quod cum  
quotidiè in Sacrosancto Eucharistio  
sacramento immaculata Christi car-  
nem manduces, & pretiosum illius

san-

sanguinē bibas, nō tamen inebrisieris?  
 Quomodo fieri potest, vt in dies singulos ardente ignē glorioſi corporis  
 & sanguinis Iesu Christi sub ſaintis &  
 venerādis ſpecieb<sup>o</sup> panis & vini per-  
 cipias, & non dideas? O te tepidā: ô  
 frigidā: ô glacie conſtrictā, & tantū  
 non mortuam: redi ad teipsam, & ad  
 ſponſum tuū clama, vt ſua pietate ac  
 clementia, tuum teponem calefacere,  
 & accendere velit, dicendo.

O Iesu adiuua me, & glaciē, quo cor  
 meū opprimitur, diſſolue, noli ultra  
 tardare bone Iesu quo minus misera  
 animam meā tuo amore inflammas.  
 Effunde in cor meum ardentifimam  
 fornacem tui amoris; O Domine da  
 ignem: Da ignē: O bone Iesu ſponſe  
 animæ meæ, incende, vre, & conſume  
 illam totam, quāta, quanta eſt, in hac  
 tui amoris fornace. O ignis. O sancte  
 amor, noli ultra mihi parcere, ſed in-  
 cende, inflamma, & conſume tuo ar-  
 dore cor meū. Fiat, Fiat ô bone Iesu,  
 per dulcem & pretiosum ſanguinem  
 tuum te obſecro, voti huius me com-  
 potem effice. Amen. Amen.

IN

356

**I N N O M I N E**  
**P A T R I S , E T F I L I I , E T**  
**S P I R I T U S S A N C T I ,**

*Amen.*

**M O N I L E P R E T I O**  
**S I S S I M V M .**

Quo quilibet ~~sacrosanctum~~ corporis & sanguinis Domini nostri  
Iesu Christi sacramentum  
suscepturus collum  
exornet.

*Quid faciendum sit antea Communionem.*

**A** *Nt e quām commēdām suspirō , ait.*  
Iob.

Primus annulus monilis huius  
sit, ut Eucharistiae sacramentum, di-  
gnè, quatenus infirmitati humanae  
possibile est, sumpturus: post dili-  
gentem omnium peccatorum con-  
fessionem peractam, & poeniten-  
tiā à Sacerdote iniunctam, si fieri  
potest completam, in locum ab ho-  
minum tumultibus remotum sece-  
das, genibusque in terram positis,  
tertio terram humiliter osculeris,  
roties-

PARS SECUNDA. 357

totiesque signum S. Crucis tibi im-  
primas, ac facie ad coelum conuer-  
sa, tanquam Deū cerneret, suspiri-  
um generale nostri testamenti, ex  
intimo cordis emittas: manibusq;  
vel coniunctis, vel expansis dicas.

O Deus meus & omnia: Tuæ di-  
næ maiestati me totum offero: à  
te peto: tibi gratias ago: te laudo,  
tibi pro perfecta conformitate, &  
arctissima tecum vnione supplico:  
Speciatim verò duo priora suspiria  
oblationis & petitionis iuxta eam  
methodum, quæ ibi assignata est,  
frequentabis, & gratiam te bene  
præparandi: & sanctissimum cor-  
pus & sanguinem Christi Domini  
nostrí dignè suscipiendo flagitabis.  
Hactenus de primo huius monilis  
annulo.

Annulus secundus fit; ut subsi-  
gnatas Euangeli sententias, quæ de  
sanctissimo hoc sacramento dispe-  
runt, diligenter perlegas. Sunt au-  
tem hæ.

Cenantibus autem eis, accepit IESVS Matth. 26.  
panem, & benedixit, at fregit: deditque  
disci-

338 HORTVS ORAT.  
discipulis suis, & ait.

Ioan.6.

Accipite & comedite: hoc est corpus  
meum. Et accipiens calicem gratias egili  
& dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes.  
Hoc est enim sanguis meus, novi testamen-  
ti, qui pro multis effundetur in remisio-  
nem peccatorum. Ego sum panis vita. Pa-  
tres vestri manducaverunt manna in de-  
serto, & mortui sunt. Hic est panis de celo  
descendens, ut si quis ex ipso manduca-  
rit, non moriarer.

Ego sum panis viuus, qui de celo descen-  
di. Si quis manducauerit ex hoc pane, vi-  
uet in eternum, & panis quem ego dabo,  
caro mea est pro mundi vita.

Nisi manducaueritis carnem Filij be-  
minis, & biberitis eius sanguinem, non ha-  
bebitis vitam in vobis.

Qui manducat meam carnem, & bibit  
meum sanguinem, habet vitam eternam, &  
ego resuscitabo eum in nonissimo die.

Caro mea verè est cibus, & sanguis me-  
us verè est potus: qui manducat meam  
carnem, & bibit meum sanguinem, in  
me manet, & ego in illo.

Sicut misit me viuens Pater, & ego  
vivo propter Patrem: & qui manducat  
me, & ipse vivit propter me.

PARS SECUNDA. 39

Hic est panis qui de cælo descendit. Non  
hunc manducaverunt Patres vestri manu,  
et mortui sunt. Qui manducat hunc panem,  
vivet in eternum.

O Promissiones eximias. Quapropter anima mea exorna & praepara te quam diligentissime, ut insignes hosce fructus, quos te ex digna huius sacramenti perceptione, consecuturum cælestis sponsus tuus affirmat, adipiscaris.

Tertium huius monilis annum constituant hæc verba, Ego sterlus vilissimum & putidum cadauer hodie Deum omnipotentem hospitio excepturus sum.

Hæc verba toto tempore ante communionem ore vel corde circumferes ac ruminabis, atque ex illorum consideratione te profundissime humiliabis.

Alia præterea insigni & magno utilitatis methodo protuli humilatione uti poteris, qua te tanti mysterij participatione, quatenus fieri potest, dignum reddes.

Poteris animo fingere atque imaginari

360 HORTVS ORAT  
maganari tibi vallem profundissi-  
mam, quo sit omnium immundici-  
arum, toredium & fæcum conflitus  
atque ubi simul commixta sint, lu-  
tum, sanies, sanguis, stercora. Et ut  
vno verbo dicam, abyssus immen-  
sa omnis spurcitie, quæ animo co-  
cipi possit, & in hanc cogitationem  
te abijcies, teq[ue] immundicorem, tor-  
didiorem & foediorem, vniuersis  
hisce fæcibus existimabis.

Si hoc pacto te profundissime  
humiliaueris, dignus efficeris, ut  
illum, quem omnes creaturæinci-  
pere indignæ sunt, suscipias: atque  
hæc est vera pro tantorum myste-  
riorum perceptione præparatio: Et  
præinde qui dignè ad illa accedere  
desiderat, certò sibi persuadeat, mul-  
lum excellentiorem & præclarior-  
rem præparationem esse, quam pro-  
fundam humilitatem, quo se indig-  
num existimet, qui non modò car-  
nem Christi manducet & sanguinem  
bibat, sed etiam indignissimum  
qui ore pronunciet.

Qui itaque in hanc virtutem ma-  
jus

PARS SECVNDA. 361

ins studium contulerit, ac profun-  
dus se humiliauerit, dignior erit  
qui tanta mysteria participet.

Hactenus de his quæ facienda  
sunt ante communionem.

*Quid in communione faci-  
endum sit.*

*QVIS* poterit *star in conspectu Domi-*  
*ni Dei sancti huic? His verbis vñi fuê-  
re Bethsamitæ, propter arcā foede-  
ris, quando ad eorum tñes aduecta,  
& magna pars populi, quòd eam  
vidissent, percussa fuerat.*

C O N S I D E R A igitur anima  
mea quid tibi dicendum sit quando  
ante conspectum Dei creatoris, &  
saluatoris tui pergis, non tantùm,  
vt coram eo consistas: sed etiam vt  
cum ore suscipias, lingua contingas,  
deglutias, atque in viscera tua re-  
condas: vt etiâ cum illo vniaris, ac  
in illum tota transformeris. O exi-  
miam dignitatem tuam, ô anima,  
quæ Deum hospitio excipis. O im-  
mensum I E S V Christi amoré, qui  
ad te vñtrò venit, seq; à te māducari

Q pati-

patitur, vt te secum vniat, atque diuitiarum suarū consortem efficiat.

En quanta tibi subest occasio, et  
dem verba quibus Bethsamitæ vñ  
fuerunt, usurpandi. **Q**uis poterit  
scare ante conspectum Domini Dei  
sancti huius? quis audeat appropin-  
quare illi? quis dignus sit illum sus-  
cipere? quis dignus sit illum man-  
ducare atque in viscera recondere?  
imò quis dignus sit illum aspicere?  
aut quæ creatura siue cælestis, siue  
terrestris in seipsa considerata dig-  
na sit ipsum nominare? O mysteri-  
um singulare. O sacramentum exi-  
mum: O abyssus omnē intellectū  
Angelicum, & humanum superans.

Cum itaque accessuruges ad sus-  
ceptionem tantæ Maiestatis, quan-  
do constitutus fueris ante conspe-  
ctum illius, vt ex parte tua, quæ fa-  
cere potes non negligas, tria hec,  
quæ tres annulos huius aurei mo-  
nili constituent, facito.

**P**riùs susprium illud generale,  
O Deus meus & omnia repete, spe-  
ciatim verò susprium illud de si-  
militudine

militudine ac vniōne cūm Deo, &c  
dic: O Domine transmuta me to-  
tum in te, meq; tibi inseparabiliter  
vni, ac tuæ diuinæ voluntati meam  
voluntatem conforma.

Secundò, imaginare tibi, imò certò  
tibi persuade te ante conspectū vi-  
ui & veri Dei copistere, quamuis  
eum oculis corporeis non cernas:  
vtq; hoc exactius tibi repræsentes,  
finge animo, cælū & terrā atq; om-  
nia elemēta, & vt vno verbo dicam,  
vniuersum hūc mundū esse, flagrant-  
tissimum ignem ac luculentā flam-  
mam, aut certè solem lucidissimū  
& splendidissimum, teq; immenso  
huic igni, splendidæque solis luci  
vniendum esse.

Deinde cogita ignē & solem hūc  
esse duo, quæ ne minimā partē eius  
quid sit Deus, ad quem suscipien-  
dum pergis, & in cuius præsentia  
cōsistis, adumbrare possint: sed ab  
his tantū exemplis te ineffabi-  
lem illius Maiestatem, coram quo  
astas, quem suscipere & cum quo  
vniri desideras, coniçere debere.

Q:

Hic

364 HORTVS ORAT.

Hic tum ex diligenti horū con-  
sideratione temetipsam in inexha-  
sto hoc pelago, in mari hoc vastissi-  
mo, ac abyssō immensa & extra te-  
ipſam constituēris: sentiesque dul-  
cedinem diuinæ vniōnis, ac suau-  
itatem sapidæ carnis, ac pretiosi san-  
guinis Agni immaculati I E S V  
Christi sponsi tui Veri, viui, & sum-  
mi DEL.

Hic, ô anima, ineibriaberis in cel-  
la vinaria I E S V sponsi tui, hic fla-  
grantissimo amore erga Deum &  
proximum succenderis: hic incipi-  
ent in te omnes passiones interire:  
quid amplius? Hic tota tibi metiſi  
morieris & immutaberis, hic deni-  
que non modò vulneribus manu-  
um ac pedum ac vulneri lateris I E -  
S V Christi sponsi tui immersa, ac  
sanctissimis visceribus atque cor-  
de illius conclusa, atque anima il-  
lus vniōne ineffabili vnta eris: sed  
etiam, (ô rem præclarām, & obstu-  
pendam) temetipsam omnino per-  
des, atque oberrabis in immensa di-  
uinæ essentia abysso, summoque,

26

PARS SECUNDA. 363  
ac super omnia amando Deo unio-  
ne arctissima copulaberis.

Tertio: reputabis te prorsus indig-  
num qui oculos ad diuinam ma-  
iestatem in hoc sacramento verè  
præsentem eleues, ac vsque ad pro-  
fundum inferni, atque abyssi te de-  
primes, potiusque dignum existi-  
mabis, qui cum omnibus damnatis  
propter scelera tua in profundis-  
sima inferni loca recludaris, quām  
quæ sacri corporis & sanguinis Do-  
mini particeps fias.

Hoc autem faciendo annulum  
eximij decoris conficies pro hoc  
monili, quo collum tuum exornes,  
gratiorque & acceptior reddaris  
œculis sponsi tui.

*Quid faciendum sit post  
communionem.*

QVID retribuam Domino pro  
omnibus quæ retribuit mihi? Quid  
tibi, Ó Domine, repandam pro tam  
insigni beneficio quo me affecisti,  
quod dignatus es in hoc sepulchrū,  
in hanc cloacam, & in hanc senti-

Q 3.

nam

366 HORTVS ORAT.  
nam descendere? O Domine. O Do-  
mine. O Domine, quid agam? quid  
dicam? quas tibi gratiarū actiones  
referam? quas tibi laudes cōcīnam?

His dictis suspirium gratiarum  
actionis & laudis, vñ in nostro te-  
stamēto descriptu est, assumes  
dices: O Domine, o ignis animæ  
mæ, cogo pro singulari hoc benefi-  
cio, & cæteris beneficijs omnibus,  
quæ vñquam in me contulisti, gra-  
tias & laudes quas possum maxi-  
mas tibi reddo: & hæc dicendo in-  
tendes ei omnes illas laudes, &  
gratiarum actiones referre, quas  
suspiria iam dicta in se cōplete-  
tur, & maiores etiam si possibile  
foret.

Pro secundò verò huius monilis  
annulo, sacra cōmunione peracta,  
posteaquā ineffabilem summi Dei  
Maiestatem hospitio exceperis, in  
locum solitarium secede, manus in-  
modum Crucis supra pectus com-  
pone, pectusq; tuum brachijs strin-  
ge, quasi aliquid carū, & pretiosum  
complectereris: quia reuera sum-  
mum

num atq; sempiternum Deam totius naturæ conditorem, atque omnium visibilium & inuisibilium perfectiones in se continentem, corporaliter in te præsentem habes.

Potes etiam animo fingere te Iesum brachijs tenere, illumque sub aliquo mysterio tibi præsentē imaginari & considerare: quæ quamuis omnia bona sint, attamen si illum tibi repræsentes flagellatum: aut spinis coronatum: aut crucem ad montem Caluariæ baiulantem: aut nudum cruci affixum: aut de cruce depositum, ac totum vulneribus plenum, & sanguine deformatum, maiorem cōpunctionis & inflammationis materiam habebis.

Potes etiam illum imaginari præsentem in ea pulchritudine & gloria, qua fuit quando à mortuis resurrexit: quando Matri suæ post resurrectionem visendum se præbuit: quando cœlos ascendit: & qua nunc est ad dexteram Patris in cœlo residens: & cum illo manendo in delitijs eius iocundari.

Q.

T.

363. HORTVS ORAT.

Tertium annulum huius moni-  
lis orationes iaculatoriarum quæ se-  
quuntur constituent: quas ore aut  
corde proferes, prout Spiritus tuus  
postulauerit.

O I E S V per hunc sanctum pa-  
nem, & hoc cælestis vinum, yni me  
tecum inseparabiliter.

O I E S V transmuta me totum in  
te.

Fac Domine ut caro & sanguis  
meus, fiant caro & sanguis tuus.

Transformer, ô Domine, totus  
in te, nō tantum secundum carnem  
& sanguinem, sed etiam secundum  
animam.

O I E S V quam dulcis est caro  
tua sanctissima.

O quam suavis est sanguis tuus  
preciosissimus.

O caro I E S V agni immaculati  
quæ cōfers vitam animæ meæ, quid  
tibi pro tanto amore rependam?

O sanguis dulcissime vngeniti  
Dei filij, effice ut totus diuino amo-  
re inebrier.

O corpus, ô sanguis Iesu Christi,  
qui

quis dignus sit vos nominare, ne dicam manducare & bibere?

O caro pretiosissima. O sanguis dulcissime. Mundate miseram animam meam, eamque diuino amore suceendite.

O IES V quām ingens est amor tuus, quo erga ingratam & beneficiorum iniuriam animam meam flagras?

O IES V quām benignus & clemens es, quandoquidē ad innimicabiliā scelera mea, quibus te offendidi, non respicias?

Benedictus sis tu benignissime IES V, qui tam pius & nostri amans es.

Benedictum sit sanctissimum corpus tuum, & innoxia, ac immaculata caro tua.

Benedictus sit pretiosus sanguis tuus, quem mei amore, ut illum mihi potandum præberes, effundere voluisti.

O caro benedicta, quām sapida & gustui iucūda es, sed hoc mirum non est, cùm caro diu multumque

Q 5 agi

370 HORTVS ORAT<sup>r</sup>  
agitata & multis ictibus cæsa  
statuigratior sit.

O dulcissime amor. O IESV  
suaissime, quam atrociter cæsa &  
flagellata fuit innocentissima caro  
tua?

O IESV amor meus: O sponsus  
animæ meæ quam immaniter tra-  
ctatum fuit sanctissimum corpus  
tuum?

O corpus arundinibus percus-  
sum: pugnis & alapis cæsum: stimu-  
lis & calcibus protrusum: ac deni-  
que duris fustibus verberatum.

O IESV quis aestimet quam se-  
pe idem sanctissimum corpus tuum  
per humum tractum fuerit?

O caro flagris immaniter conci-  
sa & lacerata, hodie te manducari.

O manus: O pedes domini mei  
IESV Christi, durissimis clavis  
confixi, hodie ore meo vos contigi.

O maxillæ pugnis & alapis liue-  
dæ: o collum multis verberibus &  
percussionibus contusum, hodie  
quamvis indignus vos manducavi.

O caput Domini mei Iesu Christi

vul.

PARS SECUNDA. 371

vulneribus, & punctionibus spinarum crudelitate inflictis, referuntur arundinibus & fustibus quas satum & labefactatum hodie te indignus sumpsi.

O os. O lingua. O latus. O cor. O viscera IESV Christi suauissima, vos hodie suscepi, ut vobiscum incorporarer atque vñirer.

O anima. O corpus totum Domini mei IESV Christi, vna cum neruis, ossibus & iuncturis, vos ego vilissimus peccator, hodie in viscera mea suscepi.

O sanguis pretiose, hodie te bibi, atque in præcordia mea effudi, ut à te diuino amore inebriarer.

O corpus. O sanguis. O Animæ. O Diuinitas. O IESV Christe Deus & homo, te totum ego indignus in animam & corpus meum hodie suscepi, ut tibi semper vnitus essem.

O IESV dulcissime. O Deus optime maxime, quis es tu, & quis sum ego?

Tu es Deus inuisibilis, æternus,

Q. 6 immo-

372 HORTVS ORAT.  
immensus, ineffabilis & inestimabilis: ego autem vile sterlus & lutum.

M O D V S A L I V S  
breuior ad S. Communio-  
nem se præparandi.

Quid communicaturus facere debet.  
at ante coniunctionem.

I.COR.II.

PROBET autem si ipsum homo, & si  
de pane illo edat, & de calice bibat. Qui  
enim manducat & bibit indignè: iudicium  
sibi manducat exhibet, non dijudicans cor-  
pus Domini, ait S. Paulus Apostolus.

Qui communicaturus est, poste-  
quam præmisso diligenti examine  
conscientiæ, omnia peccata sua ritè  
confessus fuerit, eorumque indul-  
gentiam à Deo humillimis preci-  
bus postulauerit: pœnitentiam et-  
iam à Sacerdote iniunctam, si possi-  
ble fuerit, compleuerit: in locum  
aliquæ secretum, & ab hominibus  
semotū sese abdat: atq; mente à sen-  
sibilibus rebus auocata, suam misé-  
riam tam animæ quam corporis at-  
tentio

tentè consideret: atque è contrario excellentiam & pulchritudinem Dei, quem in hoc Sacramento suscepturnus est, mente reuoluat. Considerando autem miseriam, poterit imaginari se esse in valle quadam omni immundicie ac folidibus referta, vti supra diximus: & in hac cogitatione maxima temporis parte; imò si aura diuinę gratiæ aspiruerit, toto matutino tempore immorabitur, vt sic profundissimam in se humilitatem excitet.

Deinde ubi caput è suis miserijs extollere, atq; ad diuinā excellentiam illius quē suscepturnus est, contemplandam, erigere volet; poterit mente altissimum aliquem montem, aut medium aëris regionem ascendere, atque inde vniuersas orbis partes, superiores & inferiores, intueri: cælum & terram cum omnibus elementis: Solem, Lunam, stellas atque omnia luminaria quæ vñquam fuerunt, sunt & erūt, quotquot Deus sua virtute creare posset: Omnes item margaritas, gem-

Q 7

MAS,

74 HORTVS ORAT.

mas, lapides preciosos, aurum, & argentum, & quicquid in rebus cōditis fuit, est, aut per virtutem diuinam esse potest pulchritudinis: omnes demum flores, lilia, rosas & violas, ornamen virilitatem & decorem herbarum & arborum, quæ sunt, fuerunt, aut esse possunt per potentiam Dei.

Imaginetur sibi etiam se cernere mare tanquam perlicidum chryſallum: terram tanquam ingentis magnitudinis carbunculum miro modo rutilantem: aërem verò tanquam vitrum splendidum: & pœnaquam omnem hanc pulchritudinem conspexerit, intra se dicat.

Quid sunt omnia hæc si cum corpore & sanguine Domini mei Iesu Christi, ad quem suscipiēdum pergo, conferantur? Atque in hac consideratione toto matutino tempore immoretur, attonito ac stupenti similis: atque hæc verba frequenter ore vel corde proferat.

I E S U M I, I E S U M I, quis es tu, & quis sum ego.

quid

PARS SECUNDA.

37

*Quid facere debeat in com-  
munione.*

Iam verò accessurus ad altare,  
aut etiam paulò antè, poterit, uti  
supra diximus imaginari sibi mun-  
dum vniuersum, tanquam Solem  
lucidissimum, aut tanquam ignem  
vel luculentam flammā: seque nunc  
pergere, ut cum clarissima luce hu-  
ius Solis, ardore illius ignis con-  
iungatur atque vniamur: ac proinde  
feruēter ad diuinam vniōnem aspi-  
rabit, quod si ritè fecerit, in sanctissimi  
huius Sacramenti perceptione  
sentiet se totum modo ineffabili  
Deo in hoc Sacramento coniungi  
atque vniri.

*Quid facere debeat post Com-  
munionem.*

Percepto suauissimo hoc epulo,  
in locū ab hominū tumultu seno-  
tum recederet, atque in illa dulci  
vninione cum Deo quamdiu pote-  
rit persistet: in immenso illo igne se  
succendet & inflamabit: splendi-  
dissima

376 HORTVS ORAT.  
dissima illa luce perfruetur: & eū  
quem hospitio exceptit in secreto  
cordis sui verbis dulcibus & am-  
abilibus alloquetur: dicetque.

O dulcissime sponsse IESV  
Christe, quām ingens est amor tuus  
quo me cōplesceris, quid est quod  
d IESV sponsse, frater, & amicem i-

huic miserae animæ exhibes?

Felix & fortunatus fit aduentus

tuis amantissime IESV.

Noli vñquam recedere à me, dul-

cis amor..

Noli me derelinquere suauissi-

me IESV. Et si omnino abscedere

cogitas, non prius hinc abi quām

me totum amore tuo succenderis:

vt facibus amoris tui eorū meum ar-

deat, consumatur, & colliquescat.

Liquefac d bone IESV cor me-

um, omni adamante durius.

In his & similibus verbis, alijs-

que dulcibus colloquijs, d anima;

post communionem, cum sponso

tuo in locum secretum abdita,

occupaberis: speciatim verò hæc

verba semper ore & corde post

com

communionem circumferes.

O DEVS meus & omnia.

*Quae notanda sint post Com-  
munionem.*

*Prinò:* Cauebit communicās ne statim ad garrulitates, inania colloquia, aut alia minus necessaria negotia se conuertat: sed cum Deo, quem intra se præsentem habet, cōuersabitur: atq; idcirco aliorū consortia præ illo negliget ac paruipe det. Custodiet etiam se solitò diligentius ab omnibus peccatis venialibus & mortalibus.

*Secundò:* Aliquantisper abstinebit ab excretione ac sputatione nisi manifesta necessitas vrgeat, idque ob reuerentiam illius sanctissimi corporis, & pretiosi sanguinis quem suscepit.

*Tertiò:* Condecens etiam fuerit vt tam diu à cibo & potu, nisi aliud necessitas suadeat, se abstineat, quo usque accidentia panis & vini consumpta fuerint. quia quamdiu illa *integra & incorrupta manent, san-*  
*tissi-*

378 HORTVS ORAT.

etissimum hoc sacramentum in vil-  
ceribus illius qui communicavit,  
verè, ac realiter manet.

Quod si quæras, quantum tem-  
poris sufficiat, ut illæ species con-  
sumi possint? Respondeo secun-  
dūm meum iudicium omnibus  
vñiforme tempus statui non posse:  
cum enim istæ species à calore na-  
turali in stomacho existente con-  
mendæ sint, atque vñus altero cali-  
dior sit, temperarium existimo, tam  
diuersis hominū complexionibus  
vnam assignare regulam: atque id-  
circò vñusquisque in hoc vti pote-  
rit iudicio ac deuotione sua, dili-  
genter considerando locum, tem-  
pus, necessitatem, cæterasque co-  
currentes conditiones.

Methodus sanctissimum Eucharistie  
Sacramentum spiritualiter susti-  
piendi, quoties libuerit.

Psalm. 118. Os meum aperui, & attraxi sp̄ritum,  
quia mandata tua desiderabam. Si anima  
mea deuotione erga hoc sacrosan-  
ctum mysterium accendi, & fre-  
quentare

quentervniri, atque illud quoties-  
cu nque placet, spiritualiter suscipe-  
re desideras, hac methodo vtere.  
Flecte primùm cum insigni pietate  
ac deuotione genua: & ardenti desi-  
derio dilectum sponsum tuum IE-  
SVM suscipere, ac corpus eius man-  
ducare, atque sanguinem bibere  
concupisce.

Deinde propone tibi mente vas  
pulcherrimum ac nitidissimum,  
hostijs paruis consecratis plenum,  
aut vnam duntaxat hostiam conse-  
cratam continens: Deinque h̄ic  
verè præsentem in spiritu & veri-  
tate adora: atque inflammato cum  
effectu feruentibusque suspirijs ei  
coniungi atque illum suscipere de-  
sidera: Posthæc os tuum aperi atq;  
calici admoue: & halitum suauiter  
emitte, iterumque attrahe, quasi  
sanctissimum sacramentum susce-  
pturus: sicque aliquamdiu perma-  
ne, profunda ex imo cordis præ il-  
lius desiderio suspiria trahendo.  
Crede mihi, si hoc s̄æpe egeris, non  
multum temporis intercedet, quin  
suauis-

380 HORTVS ORAT.  
fauissimam cum corpore & san-  
guine Christi vnionem senties, atq;  
immensam dulcedinem ac suauita-  
tem, innoxiatque immaculatæ il-  
lius carnis percipies.

Hic aspirationis modus animæ  
ad diuinum amorem anhelanti vi-  
lissimus & convenientissimus est,  
quem omni tempore & loco exer-  
cere poterit, atq; ex illius frequen-  
ti vsu mirabiles fructus hauriet: ac  
fauissimam diuinæ vnionis dulce-  
dinem gustabit.

Eandem aspirationis methodum  
vsurpare poterit in suspirando ad  
diuinam vnionem omni tempore  
& loco, quamvis locus secretus ac  
commodatior sit.

Procedet autem hoc pacto: Quo-  
tiescumq; Deo vniri, ac diuinis ana-  
plexibus constringi cupit, primùm  
vt supra diximus, deuotè genua fle-  
ctet: Deinde considerando quod  
Deum sibi præsentem habeat, atque  
in eius cōspectu assistat, immēsam  
que illius essentiam ac excellenti-  
am animo vēluendo, cum feruenti-  
bus

bus desiderijs illo perfruendi, os, vt  
paulo ante diximus, aperiet, hali-  
tumque emitiet ac retrahet, quasi  
eum quem nulla omnino creatura  
res creata capere aut circumscribe-  
re potest, suscepturus esset, sicque  
paulisper subsistendo, & fortiter a-  
spirando, mirabilem diuinæ vni-  
nis effectum in se sentiet.

*Documenta quedam ad faciliorem  
precedentis methodi exer-  
citationem.*

**P**rimò aduertendum est: Cùm a-  
nima bene per deuotionē disposita  
& collecta est, ardentique erga De-  
um desiderio flagrat, facile sequi  
optatum effectum, ac proinde suf-  
ficere vt leniter & cum quadā men-  
tis suauitate suspireret.

**S**eundò aduertendum: Quando in  
magna distractione atque ariditate  
constituta est, tum necessarium es-  
se, vt aspirationibus vtatur violen-  
tis, vt sic natura bestialis, ad hęc ter-  
rena

332. • HORTVS O RAT.  
rena atque inferiora depressa, in  
Deum eleuari possit.

Tertiò notandum: Caueri ac pro-  
spici oportere, ne hic modus aspi-  
randi naturę incommodet, eò quod  
interdum usque adeò insurgat &  
commoueatur, ut corpus totum de-  
bilitet, pectus aporiat, caput aggra-  
uet, cor constringat, multosque ali-  
os effectus operetur, quibus facile,  
nisi maxima ad sit discretio, natura  
destrui & labefactari possit.

Quartò aduertendum: vt si quis  
se debilitari, aut nimium constringi-  
fentiat, lenibus aspirationibus uta-  
tur, atque his non iuantibus, om-  
nino exercitium hoc relinquat, atq;  
ad alia se cōuertat, ne naturam de-  
struat.

Laus & gloria sit sanctissime &  
individua Trinitati, Patri, & Filio,  
& Spiritui sancto: Atque cor-  
pori & sanguini Domini  
nostrī IE S V Chri-  
stī. Amen.

MEDI

MEDITATIONES DEVO-  
tiissima de Venerabili Sacramento.

MEDITATIO I.

**C**oenantibus autem eis, accepit IESVS Matth. 26:5  
panem, & benedixit, ac fregit: dedit  
que discipulis suis, & ait: Accipite, &  
comedite: hoc est corpus meum. Et ace-  
piens calicem, gratias egit, & dedit illis,  
dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic enim san-  
guis meus novi testamenti, qui pro mul-  
tis effundetur in remissionem peccatorum.

CONSIDERA anima mea, men-  
sam illam sumptuosissimam, atque  
delitijs cælestibus instructissimam,  
in qua non manducantur carnes ag-  
norum, vitulorum, aut hircorum,  
sed vera caro veri & viui Dei Filij.  
O nimium felices Christi disci-  
puli, qui digni habiti fuistis huic  
mensæ assidere, ac primi suauis-  
imas illas veri Dei carnes mandu-  
care.

O rem inauditam. O opus obstu-  
pendum: quod etiam præ admirati-  
one durissimis petris stuporem in-  
ducere,

334 HORTVS ORAT.  
ijcere, easque prævehementi admiratione disrumpere possit.

O Petre. O Ioannes. O Andrea  
O Iacobe, ac cæteri, qui de huius  
sacri Apostolici collegij numero  
estis, vbi, quando, ait quibus offi-  
cijs, insignem hunc fauorē prome-  
ruistis, ut huic mensæ assidere, &  
non modò cibis, quibus Deus vesci-  
tur uti: sed ipsius etiam Dei carnes  
manducare, & sanguinem bibere  
meremini. C<sup>o</sup> vos nimium felices  
& fortunatos.

At ô te infortunatum Iudam  
Christi proditorem, quomodo in  
hoc sacrum collegium admissus  
fuisti? quis te ad hanc mensam in-  
troduxit? O lupe rapax, quomodo  
inter has oues assidere, ac mansue-  
to huic agno Christo Iesu in eadem  
mensa iungi nō erubuisti? O inge-  
nitem Christi amorem: Nunquid ô  
I E S V clam te erat, hunc te tradi-  
turum esse atque scelus hoc iam  
mente concepisse? Cur igitur illum  
ad tuum contubernium admissus,  
atq; mensæ tuz accumbere fecisti,  
& quod

PARS SECUNDA. 385

& quod maius est, mensæ sanctissimæ atq; cœlestibus epulis refertæ?

O IESV dulcis amor, id pro mea instructione fecisti, vt ego à te disciplinam acciperem, quomodo erga inimicos me gerere debeam.

O IESV dulcissime sis tu in omne æuum benedictus, qui tanta benignitate ac clementia præditus es: sint etiam benedictæ manus tuæ, quibus sanctum panem contigisti, & benedixisti.

O sancte panis sis etiam benedicte, qui dignus fuisti à diuinis manibus IESV Christi cōtingi, frangi, & ore illius benedici & consecrari, & in verum corpus Filij Dei viui benedictionis transsubstantiari.

O D E I creatura super omnes alias felicissima, cui inter omnes creatureas hoc concessum fuit, vt possis in verum corpus creatoris tui conuerti ac immutari. Pape, vbi locorum vnquam aliquid tale vi- sum vel auditum fuit, quod creatu- ra in corpus Creatoris commute- tur: imò vbi auditum fuit, quòd vna

R creatu-

creatura in aliam ne dicam in corpus conditoris sui conuerti posse?

Mutatur quidem interdum vnum in aliud per generationem & corruptionem, mutata forma, sed remanente materia: sed quod secundum materiam & formam simul vnum in aliud conuertatur, hoc nullum factum legitur praeterquam in hoc mysterio: ubi materia & forma panis tota conuertitur, & transubstantiatur in verum IESU Christi veri Dei corpus.

O mysterium omnia cætera mysteria transcendens. O panis, super omnes Dei creaturas benedictus, lauda Deum, qui tibi & vino singulari hunc fauorem præstis, ut tu in verum corpus: & vinum in verum sanguinem veri & viui Dei conuertaris.

O panis, O vinum, quomodo committere potero, ut quoties vos videro, aut nominari audiero, non omnem vobis honorem & reuerentiam illius amore, qui vos tanto fauore prosecutus est, deferam.

Qno-

PARS SECUNDA. 387

Quomodo, ô benedicte panis, te  
in cibum sumere potero, vt non  
præ dulcedine & consideratione  
huius mysterij deficiam? O benedi-  
ctum vinum, quomodo te bibere  
potero, vt non præ suavitate lique-  
fiam: considerando te esse felicissi-  
mam illam creaturam, quæ quoti-  
die in vniuerso mundo à ministris  
Dei in altari virtute verborum san-  
ctorum in verum sanguinem IE-  
s v Christi conuerteris?

O anima mea quomodo potest,  
vt quoties manducas panem, aut  
vinum bibis huius insignis mysterij  
non recorderis, atque te carnem  
Christi manducare ac sanguinem  
bibere existimans? O os. O lingua. O  
labia. O dentes. O palatum. O cor-  
pus meum totum, quoties his dua-  
bus creaturis Deo sic dilectis, in ci-  
bum vtimini, quomodo non præ  
dulcedine prorsus liquefcitis, atque  
in diuinas laudes erumpitis, atque  
vobis persuadetis non panem aut  
vinum vos manducare aut bibere,  
sed veri Dei carnem & sanguinem?

R. 2      O Pa.

O Panis. O vinum benedictæ creaturæ, laudent & prædicent vos omnes aliæ res creatæ, quandoquidem conditor vos præ cæteris dilexit, singulariæ hoc honore affectit.

O terra. O aqua. O aer. O ignis. O lapides. O herbo. O arbores. O colles. O montes. O campi. O aues. O animalia. O cæli. O creaturæ omnes visibiles, & inuisibiles laudate atque extollite panem & vinum quos Deus tali honore, ac fauore prosecutus est.

O benedicti vos campi, valles, colles, montes, ac plana, in quibus frumenta seminantur, & vineæ plantatur, è quibus nobiles hæ creaturæ proficiscuntur: Benedicat vobis Deus, & cælum sit vobis semper clemens ac mite: longè à vobis sint fulgura, tempestates, aliaque quæ vobis nocentium adferre possint.

O maledictos Dæmones, qui has creatureas nobis inuident, ideoque grandine, fulmine, ac tempestibus frumenta & vineas, creatureas ita

PARS SECUNDA. 389

Ita Deo dilectas producentia, lædere ac perdere connituntur.

O vos inuidi, cur quæso hæc molimini, nisi quod odio hostili Iesum prosequamini & infectemini?

Ego vobis in virtute pretiosi sanguinis Domini mei IESUS CHRISTI præcipio, ut ad honoré panis & vi ni creaturarum benedictarum, nunquā audeatis in villa mundi parte, quam veri Christiani IESUS Christi filij inhabitent, fulgere, grande ne aut tempestatibus, frumento & vineis nocere, aut damnum aliquod inferre.

O filij Iesu Christi, o Christiani, este veri Christiani, & nolite blasphemare, nec maledicere corpori & sanguini Domini nostri IESUS CHRISTI. Nolite diebus festiuis seminare, laborare, aut aliquid ad frumenta aut vineas pertinens age re: sic namque futurum confido, virtute corporis & sanguinis Domini nostri IESUS CHRISTI, ut huius præcepti virtute Dæmones ultra vineis & frumentis per tempesta-

R. 3 tum

290 HORTVS ORAT.  
tum immisione non sint nocituri.  
Estote tantum boni Christiani,  
timete & colite & honorate IE-  
SVM ac panem & vinum ob hono-  
rem & reuerentiam corporis &  
sanguinis eius mago. in honore  
habetote, namque virtute huius  
corporis & sanguinis, cogentur  
Dæmones etiam spulti vestro pr-  
cepto obedire. Amen.

In nomine Patris, & Filij, & Spi-  
ritus Sancti. Amen.

#### MEDITATIO II.

math. 26:

**A**CCIPITE & comedite, hoc est  
*corpus meum.* Contemplare hic  
anima mea, potentiam sponsi tui:  
cum enim ante consecrationem ni-  
hil aliud adesset quam panis & vi-  
num, per benedictionem & sacro-  
rum verborum prolationem ea  
conuertit in verum corpus & san-  
guinem DEI. rem inauditam: o re-  
mirabilem. Quis vidit aut audiuit  
vnquam huic simile nouissima cœ-  
na I E S V S adhuc viuens, & ad  
mensam cum discipulis suis resi-  
dens,

PARS SECUNDA.

395

dens, accipit panem, illumque in illud idem corpus suum quod mensa assidet, commutat: manducant discipuli hoc corpus & bibunt sanguinem eius, & Iesus v nullum omnino adferunt detrimentum. o rem obstupendam.

Iesus ad mensam cum corpore sano & incolumi sedet: & nihilominus unusquisque discipulorum, cum Iuda proditore corpus hoc pretiosissimum & sanctissimum integrè, sine ulla corporis aut fractione aut sectione suscipit: fregit quidem Iesus panem, sed corpus non frangitur nec diuiditur: sed sub unaquaque panis particula totum & integrum manet. o mysterium profundissimum & incomprehensibile.

Residet nunc Iesus cum inefabili gloria ad dexteram Patris cum corpore integro, perfecto & omni defectu carente, & nihilominus cum sponsa sua Ecclesia in sacramento altaris corporaliter in diuersissimis totius mundi locis

R 4 manet,

392 HORTVS ORAT.  
manet, & quotidie à sacerdotibus  
sacrorum verborum virtute innu-  
meris in Ecclesijs consecratur,  
manducatur, & sumitur, is tamen  
nullum accipit detrimentum, sed  
semper idem in seipso permanet.

O Sancta & benedicta fides, quæ  
facis ut firmiter credam & teneam  
tam sublime ac profundum myste-  
rium.

O benedicta & sancta Romana  
Ecclesia, quæ à sponso tuo IESV  
Christo digna habita fuisti, tam in-  
signi thesauro.

O quām verè S. Propheta, de  
hoc sacramento loquens exclama-  
re potuit. Memoriam fecit mirabilium  
suorum misericors, & miserator Domi-  
nus, escam dedit timentibus se.

O bone IESV quām præcla-  
rum memoriale mirabilium tuo-  
rum reliquisti sponsæ tuæ S. Ec-  
clesiæ Catholicæ Apostolicæ Ro-  
manæ. O S. Ecclesia IESV Christi  
sponsa quām dilecta, quantisque  
thesauris à sponso tuo locupletata  
es, quos tamen omnes, sacra-  
mentum

Psalm. 110.

PARS SECUNDA. 39.

tum hoc, in quo tibi sacrū corpus  
& sanguinem suum relinquit, faci-  
lē antecellit & superat.

O te ter quaterque beatam ac fe-  
licem Ecclesiam sponsam IE S V  
Christi Domini nostri, cui sponsus  
tuus tam excellentem memoriam  
mirabilium suorum impartitus  
est.

O Sacerdotes. O ministri IE S V  
Christi, attendite dignitatem ve-  
stram, quandoquidem vobis pote-  
stas collata est in corpus & sanguine-  
m Christi Iesu. Vos estis qui in-  
genti hac prædicti estis authorita-  
te, ut possitis eum quotidie de cælis  
in altare virtute sanctorum verbo-  
rum attrahere. Vos illum, quoties  
placet, suscipitis, & alijs IE S V  
Christi filijs in Ecclesia illum ma-  
nibus ministratis.

O fortunatos vos, si tales quales  
vos esse decet fueritis, puri videli-  
cet & mundi ab omni inquinamento  
peccati, cū sacris altaribus, tremenda  
& veneranda hæc mysteria cōsecre-  
turi, & appropinquatis. Hoc enim

R. s. ille

294 HORTVS ORA.

ille, qui hanc vobis dignitatem con-  
tulit, exigit. Sancti, ait, estote, quoniam  
ego sanctus sum.

Leuit. II.

Leuit. 21.

Sacerdotes Domini incensum & panes  
offerunt DEO, & ideo sancti erunt Deo  
suo, & non polluent nomen eius.

O vos miseros & infelices, si con-  
scientia scelerum maculis inquinata,  
sacris altaribus vos ingeritis, at-  
que immundis, & spurcis manibus  
vestris puritatem, ac munditiam filij DEI tractatis.

O IESV quanta est patientia  
tua? qui sustines quod abiectissimæ  
creatüræ, conscientijs suis foedis  
& contaminatis te tractent & excipiunt.

O Munditia totius munditie:  
o pulchritudo totius pulchritudi-  
nis: o puritas totius puritatis: o de-  
litiæ Paradisi: qua fronte diebus  
singulis ausus sum ad sacra altaria  
accedere, teque de cælis ad terram  
euocare, manibus meis contingere,  
tractare, & demū ore immido, &  
quod maius est, anima omnib⁹ vitijs  
& immuditij inquinata & cōspur-  
cata;

PARS SECUNDA.

395

cata, suscipere. Cōne miserum quid  
hactenus egi: & etiamnum ago.

O IESV, quomodo cūm adhuc  
scelerum meorum præteriorum  
sordibus & immunditijs immersus,  
iacerem, ausus fui his sanctis my-  
sterijs appropinquare: & nunc heu  
quanta cum oscitantia, & tepidita-  
te coram tua diuina Maiestate asto?

Benedictus Deus, qui non amouit mis-  
ericordiam suam, à me.

Psalm. 65.

Benedicta sit, ô Domine, ineffa-  
bilis tua misericordia, quæ hucus-  
que tam longanimiter & patienter  
me præstolata est, & tandem vio-  
lenter ex inscrutabili, abyssō imma-  
nium scelerum, & sordium mea-  
rum extraxit, & finē flagitijs meis,  
quibus tuam altissimam maiesta-  
tem offendebam, imposuit.

O benedicte IESV, in tua mis-  
ericordia spem habeo me ultra in-  
tā turpia, & execranda scelera, qui-  
bus haetensis te inhonoraui & con-  
tēpsi, nō casurū, atramē adhuc ple-  
nū sum ingratitudine? erga te dul-  
cissimū saluatorem, & Patrem me-

R. 6      um:

396 HORTVS ORAT.

um: adhuc totus frigidus, & quodam  
temporis glacie cōstrictus sum,  
& quamuis quotidie intra viscera  
mea, licet indignus, fornacem ardē-  
tissimam tui sanctissimi corporis,  
& pretiosissimi sanguinis suscipia,  
non tamen glacies hæc dissoluitur  
& liquefit, nec cor meum, atque  
anima frigida incalescit.

Quare, dulcissime amor, te obse-  
cro, liquefac, dissolute, & consume  
hoc gelu animæ meæ: Incende, vre,  
inflamma cor meum durum & fri-  
gidum: Ardeat, atque consumatur  
flagratisimo tui amoris igne. Num  
quid potest homo abscondere ignem in sinu  
suo, vt vestimenta illius non ardeat?

O ingrata, & glacie cōstricta ani-  
ma mea, si fieri non potest, vt quis  
ignitos carbones abscondat in sinu  
suo, & vestimenta illius non adu-  
tantur: quomodo diebus singulis  
immensum hunc ignem, & ignitam  
fornacem intra te suscipis, & tamē  
nō ardes, cùm etiā forinsecus vesti-  
menta caloris vi amburere deberes  
interno cordis feroore ad externa

mem-

Prouer. 6.

mēbra erūpente, & seq; ostendente?

Dux huius miraculi causæ sunt:  
vna innumera peccata tua, quæ olim  
commisisti: Altera est negligentia,  
qua in rebus ad seruitum Dei, cui  
multis nominibus obligata es, spe-  
ctantibus vteris. Experciscere igi-  
tur de somno pigrityæ, ô tepida &  
dormitans anima, & cum ingenti  
desiderio in hunc ignem te abijke:  
ac Deo tota contentione atque in-  
dustria famulare, ad ipsum suspira  
& clama, auxilium illius atque  
opem incessanter implora.

O Animæ deuotæ, quæ hoc igne  
ardetis, quæ toto corde atq; animo  
Iesu Christo sponso vestro seruitis:  
quæ quotidie, aut certè frequenter  
adsumptuosam & delitijs affluen-  
tem hanc mensam acceditis, & cor-  
pus & sanguinem IESV Christi,  
sponsi vestri participatis, interce-  
dite apud illum pro me, vt amoris  
sui igne cor meum succendere dig-  
netur, vt & ego hoc igne ardens ei  
fideliter seruire, ipsumque medul-  
litus amare valeam. Amen.

R 7      In

398 HORTVS ORAT.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

MEDITATIO III.

HOC est corpus meum. Ausculta anima mea sanctissima verba dulcissimi sponsi tui, quibus discipulos suos ad participationem corporis sui initiat. Accipite, ait, comedite, hoc est corpus meum: Similibus verbis nunc fideles omnes filios suos continuo allicit: comedite, inquit, amici, & bibite, & inebriamini carissimi.

Matth. 26.

Cant. 5.

Num veritatem corporis Domini in hoc sacramento in dubium vocare potes? Num dicere vales hic non esse rerum corpus illius? Ore proprio Christus hoc affirmat: ille in qua qui errare & falli non potest, ille qui est ipsa veritas, & adhuc dubitabis?

Vtinam o bone IESV tam securus essem me in gratia existere, tibi que placere, quam certus sum in hoc sacramento verum corpus & sanguinem tuum contineri. Vtinam tam vere cor meum tui amoris igne arderet, quam firmiter & indubitanter

bitanter hoc credo: Vtinam tam  
verè tuo amore inebriarer, quoties  
te trax & suscipio, quām minimē  
dubius sum te hīc præsentem ades-  
se: vtinam tam verè toties cor me-  
um facibus amoris tui succendere-  
tur, quoties immaculatæ carnis  
tuæ, & pretiosi sanguinis particeps  
fio, quam sine aliqua dubitatione  
hīc verè præsentem esse credo &  
confiteor.

*Accipite & comedite, hoc est corpus Matth. 26.  
meum. Māduca secure fidelis anima,  
quia in hoc sacrificio nō immolan-  
tur amplius carnes taurorum, vitu-  
lorum aut hircorum, vt in veteri le-  
ge, sed verum corpus I E s v Christi  
sponsi tui: Hoc est, ait, corpus meum:  
quasi diceret. Transiit tempus sacri-  
ficiorum antiquorum, hoc autem  
quod nunc immolatur & sacrificia-  
tur est corpus meum: illa sunt quæ  
figurabant: hoc autem quod figu-  
rabatur. Quare manducate filij mei  
corpus hoc cum fide firma, neque  
enim falsitas aliqua dictis meis sub-  
esse potest.*

O II-

O IES V amo<sup>r</sup> meus, quanto me amore amplecteris, quandoquidem teipsum & corpus tuum in cibum mihi tribuis: Sit tibi laus & benedictio Domine, qui tantæ benignitatis es.

Quid autem ô Domine, tibi pro omnibus, quæ mea causa facis, rependā? Quas tib<sup>e</sup> gratiarum actiones pro tā insigni beneficio referā?

Si tantū ad mensam tuam me inuitasses, vt ijs<sup>l</sup>em cibis, quibus tu vesceris, me reficerem, singularis hæc benevolentia foret: atq; omne meritum meum superans: quantum ergo beneficium hoc esse censendū est, quod nō solum me inuitas vt tecum manducem, sed etiam carnem & corpus tuum mihi in cibum præbes? Vnquamne huic aliquid simile compertum fuit?

Multæ matres quo vitam suam conseruarent filios suos manducasse leguntur: at quod aliqua carnes & corpus suum pro filijs alendis ipsis in cibum præbuerit, nusquam factum legimus: nisi à te dulcisime

I E S V,

PARS SECUNDA. 401.

I E S V , qui vt amorem tuum nobis patefaceres , omnia signa & terminos amoris transcendere voluisti .

Matres filios tantum in lucem edunt , illosque alijs vt plurimum nutriendos tradunt , at tu non sicut egisti , sed filios quos primò in creatione generali , & deinde in redemptione regenerasti , ipse met nutriendos suscipere voluisti .

Aliæ Matres , quæ filios suos ipsæ nutriunt , lac suum oīs duntaxat ad nutrimentum præbent : at tu dulcissime Iesu filios tuos nutris carnis & sanguine tuo : Sit tibi benignissimo & amantissimo Patri , laus & benedictio . O Filij tam benigni Patris : ô Christiani : ô fideles , diligite Iesum qui tantoperè vos dillexit : seruite I E S V qui vt vobis serviret carnem suā vobis manducandam , & sanguinem bibendum dedit . O amorem , ô charitatem .

O I E S V dulcissime siccine fieri decet ? Túne me tantopere diligis vt teipsum mihi in cibum præbeas , & ego tui nullam rationem habeā ?

Tune

Túne caritate ardebis erga me, &  
ego id flocci faciam? Túne in aman-  
do ita excedes, vt te manducari à  
vilissimo verme sustineas, & ego  
tantum amorem contemnam? Túne  
bone I E S V me insquérvis: & ego à  
te fugiam? Túne violenter me voca-  
bis, & attrahes, & ego te totis viri-  
bus à me repellam? Quis tantu[m] in-  
quam scelus auditu accepit? O im-  
mensum amorem tuum erga me.  
O meam ingratitudinem. Sed ô  
Domine, hanc viuendi rationem  
amplius non sequar: vitam corrige-  
re, aliamque tibi placentiorem am-  
plete cupio: at cum hoc sine tua o-  
pe perficere non valeam, obsecro  
vt mihi auxilio esse velis: neque e-  
nim deinceps ingratum erga te ani-  
mum ostendere, sed te toto corde di-  
ligere volo: quandoquidem dignif-  
simus es qui ameris: Vnde S. Paulus  
Apostolus. *Si quis non amat Dominum*  
*nostrum IESVM Christum, sit anathema*  
*maranatha.*

Cognouerat ille per experienti-  
am, quād dulcis & gratus, quā-  
que

PARS SECUNDA. 403

que omni amore dignus essem : ac  
proinde si aliquis tantæ ingratitu-  
dinis inueniretur, qui te tam bo-  
num atque amabilem non dilige-  
ret , ei sempiternam maledictio-  
nem in extremo iudicio impreca-  
tur.

O Domine spes mea, adiuua me,  
quia vitam emendatiorem dein-  
ceps amplecti , teque toto corde &  
tota anima diligere cupio : Vtinam  
cum Matre tua de amoris magnitu-  
dine contendere queam : Vtinam ô  
bone I E S U tecum etiam certare  
possim, vtrum tu me, an ego te plus  
diligam, attamen cum hoc impos-  
sibile sit: te deprecor auxiliare mi-  
hi, vt te toto corde & totis viribus  
diligere valeam.

In nomine Patris, & Filii, &  
Spiritus Sancti,  
Amen.

*Finis secundæ partis.*

TESTA-

TESTAMEN-  
TVM ANIMÆ  
sive foedus cū Deo  
ictum.

TERTIA HV.  
*ius Libri Pars.*

Quod modum orandi  
Angelicum , & planè  
Diuinum comple-  
titur.

Cum breui expositione  
Orationis Dominicae  
salutationis An-  
gelicae.

N. TESTAMEN<sup>405</sup>

TVM ANIMAE  
CVM DEO  
PATRE, FILIO,  
ET SPIRITU SANCTO,  
VERO DEO, SOLO DEO,  
OPTIMO DEO.

**A**d summam, atque altissimam maiestatem D E I Patris: Et IESV Christi Domini & Redemptoris nostri: D E I & hominis, Et SPIRITVS SANCTI itidem D E I. Tres personas in vna sola essentia: Pauper anima, ad supremum perfectionis gradum aspirans, in Spiritu contrito & humiliato conuersa, clamat: dicens.

Benedictio, & claritas,  
& sapientia, & gratiarum  
aglio, honor, virtus, & for-  
titudo D E O nostro.

IN

406 TESTAMEN. ANIMAE  
**IN NOMINE**  
PATRIS, ET FILII, ET  
SPIRITUS SANCTI,  
*Anel.*

**T**ibi DEO & creatori meo, PATER, FILIO, & SPIRITU  
Sancto, Ego misera & infelix anima, N. hoc testamentum condonum  
quo tibi me dedo & consecro, in  
sponsam, in famulam; aut, ut expressius dicam, in perpetuum mancipium,  
cum firme & stabili proposito tuam sanctissimam, iustissimam,  
& rectissimam voluntatem,  
cum perfecta meipius abnegatione in omnibus inquirendi ac perficiendi.

Ac proinde manu propria hoc  
testamentum scribo: tali cum intentione, animo, virtute, efficacia,  
donatione & resignatione, quantum tu Deus concipere potes  
maximam: Et pleno perfectoque  
cum corde, meipsum tibi sine ulla  
contradictione offerendi ac deuocendi, ut infra describam.

Hoc

PARS TERTIA. 407

Hoc autem cum optimis quibusque modo, verbis, clausulis, & conditionibus facio. Atque ad illius confirmationem testes aduoco Beatiss. MARIAM virginem cœlorum reginam, omnesque pariter Angelos, & Sanctos cœlestis Paradisi: quos humilimè rigo, ut pro me Deum exorent, quo haic meæ pollicitationi, secundum possibilitatem, ex toto corde Tatis faciam, quam facio, & me facere profiteor, ad gloriam, laudem, & honorem solius DEI & Patris mei. Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vnius, solius, veri, & viui Dei. quem, usque ad profundum abyssi inclinatus, summa cum animi reuerētia & submissione, adoro, confiteor, colo, & reuereor, cum maximo, quem ab omnibus simul creaturis tibi fieri posse, mens tua, Deus comprehendere potest affectu: Teque obsecro, ut per tuam immensam bonitatem & misericordiam gratum acceptumque habere digneris, hoc meum scriptum, sive Testamentum, meque

408 TESTAMEN. ANIMAB  
meque in ancillam, ac mancipium  
perpetuum assumere: illudque si-  
gillo in coelis coram Beatissima  
Matre tua, Angelis, & Sanctis omni-  
bus, munire ac robore.

In nomine Patris, & Filii, & Spi-  
ritus Sancti Amen.

Subsignatum & sigillatum san-  
guine I E S V Christi.

Gloria Patri, & Filio, & Spir-  
itu Sancto. Amen.

Cant. 3.

*In lectulo meo per noctes quæfui quem  
diligit anima mea: quæfui illum, & non in-  
ueni surgam.*

O I E S V dulcissime, & vnica  
spes animæ meæ cur fugisti à me?

Vbi locorum, ô bone I E S V, ab-  
sconsus es, cùm iam dudum te quæ-  
ram, nec tamen inueniam? quomo-  
do, ô I E S V suauissime, fieri potest,  
ut sis intra me, extra me, ad latus  
meum, à dextris & à sinistris meis,  
& nihilominus te non reperiam?

O I E S V quid causæ est, quod  
cùm intra me sis per potentiam &  
præsentiam, nihilosecius, longè sis  
à me misero peccatore per gratiā?

O Dō-

O Domine, quantum perspicio,  
causa hæc est, quia te non quæsiui ea  
cum diligentia qua debui.

O IESV, causa in promptu est,  
non quæsiui te, sed meipsum: atque  
idcirco Domine de cætero te solum  
quærere cupio.

O IESV crucifice, noli me de-  
relinquere, quia nihil aliud præter  
te desidero: ac proinde ut tibi pla-  
ceam, in posterum sedulò meipsum  
in infrascriptis exercitijs exercita-  
re, atque ad dulcissimum Amo-  
rem tuum crebris suspirijs aspirare  
propono.

Tecum Domine, in silentio &  
spiritu loqui cupio. quandoquidem  
quid velim, optimè perspectum ha-  
bes, cùm tu sis D E V S, qui corda  
scrutaris omnium, ac minimos eti-  
am nutus eorum intelligis. Tecum  
igitur Domine pætū hoc, siue fœ-  
dus inire cupio, ut quotiescūq; cer-  
tè quædā suspiria etiam sub silentio,  
emiserō: tu per ineffabilem miseri-  
cordiam & bonitatem tuam, illa ita  
à me abiecto & inutili seruo tuo

S susci-

410 TESTAMENT. ANIMAS  
suscipere digneris, quemadmodum  
infra subijciam.

SV SPIRIVM PRIMVM  
*Oblatio[n]is.*

**Q**uotiescunq; igitur, ô Iesu, sus-  
pirium emisero, atque corde  
aut ore dixero: O IESU TIBI  
OFFERO: moxque substitero, to-  
ties intendo cum ea efficacia & af-  
fectu, quem tu concipere potes  
maximum, Maiestati tuae infra scri-  
pta cuncta offerre.

Offero tibi me ipsum in corpore  
& anima, in seruum & mancipi-  
um: simulque tibi offero omnes co-  
gitationes, verba, & opera, memet-  
ipsum perfectè abnegando, atque  
integre in sanctissimum benepla-  
citum tuum resignando, ita ut nihil  
velim aut nolim, nisi quomodo, &  
quantum tibi placet.

Abrēnuntio Mundo, Carni, & Di-  
abolo, ac tibi metutum offero, sicut  
vis, ut me tibi offeram.

Offero tibi diuitias vniuersarum  
rerum conditarum, & earum quas  
creare

PARS TERTIA.

411

creare posses: ita ut si meæ forent,  
eas larga manu, amore tui pauperi-  
bus erogarem.

Offero tibi omnes infamias, con-  
tumelias, & irrisiones quæ vñquam  
hominibus in hoc mundo irrogat æ  
sunt, aut irrogantur, & quas eis ir-  
rogari posse concipere potes, ita ut  
si tibi placitum esset: eas pro tui  
amore libenter tranquillo & resi-  
gnato corde sustinarem.

Offero tibi omnes poenæ, dolo-  
res, cruciatus, tormenta, cunctæ  
etiam molestias, infirmitates & an-  
gustias animæ & corporis, quas vñ-  
quam passi sunt, patiuntur, & vñ-  
quā patientur homines in Mundo,  
Purgatorio, & Inferno: & quas eos  
non solum in dictis locis, sed etiam  
in infinitis alijs Mundis, Purgatorijs,  
& Infernis pati posse, mens tua co-  
cipere potest, atq; ad eas, si tibi plâ-  
ceret, sustinendas, me tibi paratu of-  
fero. Offero tibi omnia bona ope-  
ra, cogitationes, & actiones, quas  
fecerunt, faciunt, & facient homi-  
nes, qui fuerunt, sunt, & erunt vñ-

S 2      quam

412 TESTAMENT. ANIMA  
quam in hoc mundo: omnia etiam  
opera, cogitationes, & actiones  
quas possent infiniti homines, tor  
quot tua omnipotentia creare po  
test, agere. ita ut si possem, vellem  
omnia eorum opera bona cum ea  
efficacia quam tu maximam com  
prehendere potes, cui amore, per  
fectissimè facere.

Et ne multis: offero tibi meip  
sam ad omnem angustiam, tribula  
tionem, aduersitatem, desolatio  
nem & derelictionem animæ &  
corporis, eo modo, quo tuæ sancti  
simæ maiestati amplius placet.

Offero denique tibi, & Patri, &  
Spiritui Sancto, omnes labores, &  
angustias totius vitæ ac mortis  
tuæ: omnia item merita tua, & B.  
matris tuæ, & SS. Angelorum, &  
omnium Electorum.

SUSPIRIVM SECUNDVM  
petitionis.

Adhæc, ô Domine, quotiescum  
que suspirando dixero: O D O M I  
NE A TE PETO: hicq; substitero,  
cum

PARS SECUNDA.

tum cum tota efficacia cordis mei  
omnia infrascripta pro me & pro  
alijs petere intendo.

Primo ut mihi concedas cuncta  
in oratione Dominica à te nobis  
tradita, contenta.

Vt mihi peccatorum meorum  
veniam largiaris, meque ab omni  
peccato præserues, ne deinceps di-  
uinam maiestatem tuam alicuius  
sceleris admissione offendam.

Vt dones mihi cognitionem tui  
ac mei.

Vt omnia dona Spiritus sancti:  
omnes virtutes Theologicas & mo-  
rales: præcipue humilitatem, obe-  
dientiam, paupertatem, & patien-  
tiam, & quicquid animæ vel cor-  
pori meo necessarium est, aut ad  
eorum ornatum spectat, largiaris.

Vt omnes homines illumines,  
maxime fideles, eosque adiuues &  
conserues in tua gratia & amore:  
speciatim summum Pontificem.  
Cardinales, Episcopos, Religiosos  
& vniuersum populum Christia-  
num.

414 TESTAMENT. ANIMAE

Vt omnibus fidelibus viuis, & defunctis, paréibus, cognatis, amicis, & inimicis, benefactoribus, & omnibus qui se meis orationibus specialiter commendarunt, aut quibus quocunque modo debitor sum, succurras.

Vt peccatoribus criminum suorum indulgentiam tribuas: & probos in bona vita conserues.

Vt mihi totum quicquid habes, & quidquid es largiaris.

Vt mihi gratiam, omnes Angelos & Sanctos, beatissimamque virginem Mariam matrem tuam imitandi dones.

Vt me tibi quatenus homini perfecte conformes: & quatenus Deo tecum, & cum Patre, ac Spiritu sancto indissolubili amoris vinculo vnias: meque ad altissimum perfectionis gradum, ad quem creaturam aliquam pertingere posse intelligis, prouehas: Hæc omnia tam pro me quam pro alijs præfertim tuis ac meis specialibus petere intendo.

SVSPL

## SYSPIRIVM TERTIVM

*Gratiarum actionis.*

**P**Ræterea ô Domine, quotiescan-  
que suspirādo ex intimo cordis  
dixero: O Domine & Pater benig-  
nissime, tibi gratias ago; hicque  
filuero: cum omni efficacia, quā tu  
maximā concipere potes, tibi gra-  
tias immortales referre intendo,  
pro cunctis beneficijs infra scriptis.

Gratias tibi ago, quod me crea-  
ueris ad imaginē & similitudinem  
tuam, mihique animam integrā  
cum omnibus potentijs: & corpus  
perfectum cum omnibus sensibus  
contuleris.

Gratias tibi ago, quod me hacte-  
nus conseruaueris, & nunc conser-  
ues in esse, quo me creasti: & quod  
pro mei conseruatione omnia visi-  
bilia & inuisibilia condideris.

Gratias tibi ago, quod me per  
tuam infinitam bonitatem & miser-  
icordiam redemeris: hicque specia-  
les tibi gratias refero pro humili-  
tate quam pro me subiisti, pro cari-

S 4 tate

416 TESTAMENT. ANIMAE  
tate qua me dilexisti: pro laboribus  
& ærumnis, quas mei causa sustinu-  
isti in vita & in morte.

Gratias tibi ago quod me lauacro  
baptismatis regeneraueris: ac viuū  
templum, ac filium adoptuum sine  
ullo meo merito, immo cum multis  
demeritis meis effeceris: animæq;  
meæ gratiam, virtutes & dona plu-  
rima infuderis, meque à Dæmons  
morte, & inferno liberaueris, quod  
multis nationibus, Turcarum vide-  
licet Iudeorum, aliarumque barba-  
rarum gentium non exhibuisti.

Gratias tibi ago, quod me de te-  
nebris peccati, in quibus loko tem-  
pore immersus iacueram, exeme-  
ris: quod me benignè ad poenitentiā  
expectaueris: quodque non statim  
me condemnaueris, ut scelera mea  
promerebantur; sed longanimiter  
me sustinueris, & pro eo quod ca-  
stigare me debuisses, multis admis-  
tionibus & bonis inspirationi-  
bus visitaueris, ut me de tenebris, ia-  
quibus iacebam, erueres: quod de-  
nique cum tanta vi & efficacia me

voca-

vocaueris, vt catenas, & vincula,  
quibus constrictus erā, nimirū: Pe-  
cati voluptatem: Dēmonis potesta-  
tem: & vim inueteratæ consuetudi-  
nis perruperim: quōd denique per  
tuam misericordiā & clementiam  
me tanquam filium susceperis, atq;  
immanibus sceleribus meis, vti piē  
confido, ignoueris.

Gratias tibi ago, quōd tam mul-  
tis bonis inspirationibus, cogitati-  
onibus, & desiderijs Dene agēdi me  
præneneris: quandoquidem omni,  
quæ hactenus piē cogitaui, dixi &  
egi, aut quæ vnquam cogitabo, lo-  
quar, & agam, à tua benignissima  
& munificentissima misericordia  
proficiscuntur.

Gratias tibi ago, quōd me libera-  
ueris & præseruaueris ab innume-  
ris malis & periculis.

Gratias tibi ago, quōd mei causa-  
tam salutaria Sacraenta, potissi-  
mum, confessionis & S. communi-  
onis, institueris.

Gratias tibi ago, quōd me innu-  
meris particularibus beneficijs,

SS quæ

¶18 TESTAMENT. ANIMAE.  
quæ alijs non contulisti affeceris;  
pro quibus omnibus cùm natura,  
tum gratiæ: cùm occultis, tum ma-  
nifestis: cùm cognitis tū incogni-  
tis; generatim, & speciatim tibi  
gratias immortales reddo.

Gratias tibi ago quod me, ut con-  
fido, ad æternam beatitudinē præ-  
destinaueris, quam in hac vita per  
spem posseideo, in futura verò re-  
ipsa consecuturus sum.

Pro his & cunctis alijs benefi-  
cijs, mihi & cunctis hominibus, qui  
fuerunt, sunt & erunt, factis & faciendis  
tibi immensas gratias persoluo.

Speciatim verò gratias tibi ago  
pro omnibus quæ fecisti & contu-  
listi B. Virginis Mariæ matrituæ.

Gratias etiam tibi speciales ago,  
pro omnibus quæ fecisti & contu-  
listi sanctissimæ humanitati à Diui-  
no verbo assumptæ.

Pro omnibus denique beneficijs  
factis & faciendis, & quæ facere  
potes, mihi & omnibus alijs tibi  
gratias refero in forma & metho-  
do, quæ tibi acceptissima sit.

SVSP

SPIRIVM QUARTVM

Laudis.

Porrò, quotiescumque ô Domine  
suspirando ex corde, dixero:

O DOMINE TE LAUDO.

Intendo tibi intra cor meum  
omnes illas laudes, quibus te affe-  
cerunt, afficiunt, & afficiunt, omnes  
homines qui vñquam in mundo  
fuerunt, sunt, & erunt, imò omnes  
illas laudes quibus te potuerunt,  
possent & poterint afficere, sed per  
ingratitudinem suam neglexerunt,  
& negligent, offerre.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quibus te celebrarunt, celebrant,  
& celebribunt in sempiternum vni-  
uersæ creaturæ tuæ.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quas tibi sacræ literæ, veteris, &  
nouii testameti & omnes libri, quo-  
quot fuerunt, sunt, & erunt, tribue-  
runt, tribuunt, & vsque ad finem  
mundi tribuent.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re: quas tibi omnes Angeli & electi

S 6

Dei

420 TESTAMEN. ANIMA  
Dei in ccelo, & terra decantarunt,  
decantat, & in omne æcum decan-  
tabunt.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quibus te Beatissima Virgo MA-  
RIA mater tua, vñquam affecit, af-  
ficit, & in æternum afficiet.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quibus te vñquam ornauit, & in  
sempiternum ornat sanctissima hu-  
manitas tua.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quibus te possunt afficere infini-  
ti mundi: infinitæ creaturæ: infiniti  
homines & Angeli: & omnes res  
creatæ, quas condere potest omni-  
potens manus tua.

Intendo omnibus illis laudibus  
te prædicare, & honoribus afficere,  
quibus te affici posse concipere po-  
tes.

Opto denique tot corda habere,  
quot vñquam creasti, & creare po-  
tes: nec non cor tuum & Beatiss.  
Virginis MARIAE. Et si fieri pos-  
set, tuum cor etiam ô DEVS omni-  
potens Pater, Fili, & Spiritus San-  
ctus.

Ecce, ut tibi laudes conuenientes &  
te dignas tribuere possim: sed cum  
hoc fieri nequeat, omnes tibi lau-  
des & honores quos possum, tuæ  
maiestati, te iuuante, impetriri in-  
tendo, Amen.

## SV SPIRIVM QVINTVM

*Conformatitatis.*

IN SUPER, quotiescumque, o Do-  
mine, dixero. O DOMINE  
TRANSFORMA ME TO-  
TVM IN TE. Toties intendo  
omnes meas imperfectiones assu-  
mere, easque in vnum fasciculum  
collectas in tui amoris fornacem  
inijcere, & feruentibus desiderijs  
perfectam tui imitationem & con-  
formatatem a te dulcis IESU pe-  
tere.

Speciatim etenim intendo postula-  
re, ut me tuae sanctissimae humani-  
tati in omnibus virtutibus, tribula-  
tionibus, poenis, & cruciatibus tuis,  
perfecte conformes, maximè in vi-  
litate, humilitate, & abiectione  
tua.

S 7

Inten-

¶22 TESTAMENTUM ANIMA

Intendo denique petere supremum gradum imitationis, & conformitatis tue, ad quem creatura, te bene iuuante, pertingere potest.

Intendo denique petere quicquid tu me vis petere.

SUSPIRIVM SEXTVM  
Vniuersitatis

Q Votiescunque, præterea, suspirando dixero: O DOMINE  
VNI ME TECVM INSEPARABILITER. moxque siluero.

Intendo cum toto affectu intimisque desiderijs quæ tu maxima concipere potes: meam voluntatem in tuum beneplacitum perfectissimè transfundere; & memetipsum abnegando voluntatem meam fine vlla retractatione, tuæ voluntati vnire: ita ut nihil aliud velim aut nolim, quam quod tibi placitum est aut displicet: adeo que tuum beneplacitum sic, meum summum desiderium, voluptas, & consolatio in omnibus euentibus, siue sint aduentus extrinsecæ: uti sunt infirmitates,

PARS TERTIA.

423

tates, persecutio[n]es, oppressiones,  
irrisio[n]es, detrac[ti]o[n]es, confusio[n]es,  
aut his similes: siue intrinsecæ,  
vt sunt subtractio deuotionis sensi-  
bili[s]: spiritualium consolationum  
priuatio: mentis & sensuum obnu-  
bilatio: spiritualium desideriorum  
& affectionum infrigidatio: tenta-  
tiones & his similia.

SPIRIVM SEPTIMVM

Generale.

QVOTIESCVNQVE  
demum, suspirando dixero: O  
DEVS MEVS ET OMNIA. mox-  
que filuero.

Intendo in silentio & profunditate cordis, omnia præcedentibus suspirijs comprehensa facere & postulare: hoc est. Intendo offerre, petere, gratias agere, laudare, tibi conformari, & vñiri perfectissime.

CONFIRMATIO CONTI-

nua omniuum eorum quæ supra

scripta sunt.

QVANDOQUIDEM Domine vo-  
luntatis meæ est, vt nullū om-  
nino

424 TESTAMENTUM ANIMAE  
nino momentum prætereat, quo  
non omnia, quæ supra scripta sunt,  
confirmem.

Idcirco quoniam dum viuo, num-  
quam respirare, hoc est, anhelitum  
emittere & attrahere cessabo: quo-  
tiescunq; halitum emisero, intendo  
totis viribus, toto corde, & tota ef-  
ficacia tibi offerre, tibi gratias age-  
re, te laudare, ut in superioribus su-  
spirijs, scriptum est.

Quotiescunque vero halitum at-  
traxero: intendo petere illa, quæ in  
secundo suspirio continentur, &  
perfectam tecum conformitatem,  
& unionem postulare: ut in quin-  
to, & sexto suspirio assignatum est.

Dignare tu quæso, Domine, pa-  
etum, quod seruus tuus tecum ferit,  
acceptum habere: quemadmodum  
in principio te rogau, & nunc ite-  
rum rogo.

In nomine Patris, & Filii, & Spi-  
ritus sancti, Amen.

Documenta pro superiorum meliori  
exercitatione.

VIDES

Vides nūc anima mea, quālē  
spiritualem negotiationem docue-  
rit te DEVS: Cernis quem Angelici-  
cum modum, quo te cælestibus do-  
nis & thesauris locupletes, patefe-  
cerit tibi Dominus.

Tui nūc muneris est, ut huic ne-  
gotiationi solerter infistas, & tam  
in signi lucro auidè inhies, non mi-  
noremque ad hoc industriā, quam  
pro terrenis diuitijs accumulan-  
dis, conferas.

Vt verò securius exercitationem  
hac aggressi possis, tibi monita que-  
dam salutaria siue cautelas præ-  
scribam, ne tua culpa aut ignoran-  
tia fiat, quod minus ingentia illa  
lucra, quæ in hac orandi methodo  
concluduntur, consequaris.

Primum. Cane ne hunc modum  
orandi Anglicum contemnas, irri-  
deas, aut floccifacias, cùm facilis sit  
& mirabilis: nec putare debes DE-  
VM non audire, aut nō intelligere,  
tua suspiria; aut hac orandi metho-  
dum ei non placere; cùm enim spi-  
ritus sit, facilius eum qui in spiritu  
contri-

426 TESTAMENT. ANIMÆ  
contrito & humiliato, & affectuo-  
so ipsum deprecatur: quām eū qui  
alta voce vociferatur, & corde mu-  
to est, exaudit.

Secundò, Scito intentionem ope-  
ri perfectionem suam dare: usque  
ad eo, ut si quis infinita bona opera  
fine debita intentione efficeret, ni-  
hil omnino mereretur: alius verò  
qui vel minimum opus cum recta  
simplici, & inflammatâ intentio-  
ne perficeret, maximum lucrum re-  
ferret.

Tertiò, moneo: ut s̄pē hæc cora  
Deo (qui ubique præfens est, & om-  
ni loco te benignè audire paratus  
est, coram quo etiam cum timore,  
tremore, ac summa animi demissi-  
one tibi conuersandum est) legas:  
Ac frequenter tota anima, totis vi-  
ribus, & toto corde propositū nū  
coram ipso innoues, ac pacta con-  
firmes: Nam post modicum tempo-  
ris magnum laborum tuorum fru-  
ctum percipies.

Quartò, Rogo te, ut assiduo pa-  
cta tua re ipsa vel cogitatione con-  
firmes:

firmes: quia quo s̄epius hos actus  
continuaueris: tantò maius lucrum  
consequeris ac post breue tempus à  
rebus terrenis expedita dilecto tuo  
IESV Christo ynieris.

Quintò hortor: ut cùm hoc fœ-  
dus cum Deo inis, non intendas vo-  
tum facere, aut promissionem obli-  
gatoriam, quæ vim habeat te ad no-  
num præceptum, vel peccatum ob-  
ligandi: sed tantummodo oblatio-  
ne libera te ipsi offerre.

Sextō, aduertes, cùm mentio in-  
fertur de renunciatione omnium  
rerum terrenarum. id intelligi de-  
bere quoad affectum, in illis qui  
et tu eas possident: dummodo ani-  
mum habeant omnia relinquēdi, si  
hoc Deo potius placere nossent.

*Documenta quodam singularia.*

**D**eo sunt maximè necessaria, ad  
ingentia Spiritualia lucra con-  
quirenda, quæ hīc subijciam.

Primum est, Aspiratio. Secūdum,  
Amor vniuersus, quæ ambo cælestiū  
thesaurorum nos participes consti-  
tuunt.

Pri-

428 T E S V A M E N . A N I M A E

Primum, videlicet, Aspiratio,  
exercetur hæc ratione: Corde vel  
ore proferūtur orationes quædam,  
quas iaculatorias vocant: uti sunt  
hæ.

O Iesu quando ero totus tuus?  
Quando te toto corde diligam?

O D E V S quando in fornace tui  
ardentissimi amoris ardebo?

O Ignis diuini amoris, quando  
cor meum succendes?

O D E V S cordis mei, quando  
transformabor totus in te?

O Amor meus, quando ero totus  
in te & tu in me?

Hæ & his similes oratiunculæ  
ore vel corde incessanter cogitan-  
dæ aut proferendæ sunt, cum impo-  
tu amoroſo, magna vi & efficacia,  
cum desiderijs ardentiſbus, & in-  
flammatis ſupirijs, præſentiam di-  
lecti ſponsi I E S U Christi deſide-  
rando.

Secundum verò, videlicet amor  
vniuersitatis, qui à primo nascitur, &  
diligenter exercendus est, quo usq;  
ad perfectionem perueniat, quod  
cara,

PARS TERTIA. 429

cum factum fuerit, non est amplius necessaria hęc diligentia, sed in ictu oculi, ad minimum voluntatis motū, aut ex affectu inflammato, cor sine villa cogitatione euolat, seque in sinum dilecti sui recipit.

Ad exercitandum itaque amorem hunc vnitium, opus est ut in principio quædam oblata tibi proponas, & ex illis occasionem summas, ad vniōnem sponsi tui dilecti suspirandi: exempla quædam hīc adnectam, vt instruaris de modo, quem cum semel percepēris, postea Deo iuuante, alia meliora facile reperies.

Primum obiectum sit ferrum ignitum: vbi considerando, quomodo ignis penetret, & informet totum ferrum, & substantiam eius non immurat, sed qualitates tantum, vti sunt, nigrum, frigidum, dum: efficiatque illud lucidum, calidum & molle: in corde tuo sic suspirare poteris.

O Domine, utinam dignus essem,  
vt me sic penetrares & informares,  
sicut

430 TESTAMEN. ANIMA  
sicut ignis durum illud ferrum.

Atque in hac consideratione aliquantilper immorari, ad diuinam vnionem ardenter suspirando: mox enim fructum desideratum senties.

Secundum obiectum est: Considerare quomodo vinum maxime rubrum, in calicem aqua lypmidissima plenum immissum, statim cum ea vniatur.

Tertium obiectum sunt rose, præcipue rubræ, violæ, mala punicæ, & denique omnia rubra, incarnata, aurea, aut similium colorum, vbi considerando quomodo hicolores cum quantitate supradictarum rerum vniuntur, poteris considerare ut horum colorum & omnium rerum factor tecum vniuntur.

Quartum obiectum est. Considerare quomodo lux solis cum aeré coniungatur: ideoque desiderare, ut verus iustitiae sol D E V S tecum vniatur.

Quintum obiectum sunt nubes can-

candidæ, sicut nix qui aliquando in  
in aere apparent.

Sextum sunt nubes rubæ, qui  
summo mane oriente Sole, aut ves-  
peri occidente Sole conspicuntur:  
vbi considerando quomodo lux so-  
lis nubes illas rubras & candidas in-  
formet ac penetret: poteris profun-  
dis & ardentibus suspirijs deside-  
rare ut diuina lux te similiter in-  
formet.

Septimum est Aurora speciosa  
& rubens: vbi considerabis quomo-  
do paulatim oriatur, & paulò post  
tota in lucem Solis immutetur. Sic  
anima iusti primò pauxillum diui-  
næ lucis habet, at perseverando in  
diuino seruitio, indies augmentum  
accipit, donec tandem ad perfecti-  
onem pertingat, & tota in DEVM  
transformatur:

Placeat DEO ad hanc nos perfe-  
ctionem prouehere, & semetipsum  
nobis donare, quod siet, si nos ipsos  
ei totos dederimus. Amen. Amen.

IN

432 TESTAMENT. ANIMAE.

IN NOMINE PATERIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI,

Amen.

*Orationes iaculatoriae ad Christum crucifixum.*

O dulcissima Virgo MARIA mater DEI, da mihi IESVM Christum, crucifixum, filium tuum.

O Virgo benedicta largire mihi eum, quia nihil aliud in hoc mundo cupio, quam IESVM Christum crucifixum.

Intercede apud eum pro me, virgo sanctissima, ut me suscipere dignetur.

O dulcis IESV, visne me inflatum tuum suscipere.

Ego aliud nihil praeterquam te desidero.

Ego pro tui amore, IESV amoremus, huic mundo & alijs infinitis mundis alijs, cum omnibus pompis vanitatibus eorum renuntio.

Ego Dæmoni, mundo & carni, & omnibus, quæ tu non es, valedico.

Ego

Ego Patri, Matri, cognatis, amicis, nuncium remitto, & te solum in Patrem, matrem, cognatum & amicum habere cupio.

Ego mihi metipsi in anima & corpore abrenantio, & te solum in me vivere volo.

O IESV tu es pater meus: Quam es amabilis, IESV Pater mi.

O IESV dulcissime, tu es amicus meus: Quam es fidelis, Iesu amice mi.

O IESV carissime tu es frater meus, Da mihi, obsecro, gratiam, Ut tibi fratri meo in omnibus conformer.

O Domine tu es sponsus venustrissimus animæ meæ.

O IESV Pater mi, amice mi, frater mi, & sponse animæ meæ, adiuua me.

Pater opitulatur filio: auxiliare. igitur o Iesu mihi indigno filio tuo.

Dominus adiuuat & defendit seruum suum: adiuua igitur, & defende o IESV, me seruum & mancipium tuum.

V

Ami-

434 TESTAMENT. AN. M<sup>1</sup><sub>1</sub>

Amicus fidēlis in necessitatibus  
succurrit amico suo, subueni igitur,  
ō Iesu mihi pauperi & egeno ami-  
co tuo, qui multis necessitatibus  
pressus & angustijs circundatus  
sum.

Frater diuītijs abundans, frātē  
egenō opes suas communicat, eiū-  
que inopiam subveniat.

Recordare itaque, o IESV frā-  
mi thesauris cælestibus locupleti-  
sime mei, fratēls tui mendicitate  
que inopia pressi, & diuītiarum  
lūarum me participem effice: san-  
ctoqué amore tuo cor meum su-  
cende.

Sponsus sponsum adiuuat &  
tatur: eiique vestes pretiosas, & al-  
ornamenta donat.

Defende igitur o Iesu anima-  
meam, sponsam tuam & virtutum  
margaritis, ac pretioꝝ caritatis ve-  
stimento eam exorna.

O IESV totus in corpore & ani-  
ma tuis esse cupio.

O Pater mi, ecce ego totus tuis  
sum.

Etsa

Et tu I E s v Pater mi, non vis  
meus esse?

Quam pulcher & decorus es a-  
mice mi?

Corpus tuum totum rubicun-  
dum, sanguine conspersum, & vul-  
neribus attritum est: & tamen adeò  
speciosus es animæ meæ, ut infinitis  
mundis libenter renunciarem, quo  
te solum possiderem.

I E s v dulcissime.

I E s v suauissime.

I E s v purissime.

I E s v speciosissime.

I E s v totus sanguine consperse,  
& vulneribus referte.

Iesu totus cruento & lacerate.

Iesu totus sanguinolente, & pla-  
gis ac liuoribus deformate.

O Iesu amor meus.

O Iesu suauitas cordis mei.

Patere Iesu amor meus, ut in vul-  
neribus sanctissimorum pedum  
tuorum abscondar.

Include me Iesu spes mea, in vul-  
nus sanctissimi lateris tui: & forin-  
secus illud occlude, ne iterū egredi  
valeā.

T 2 O Ie-

TESTAMENT. ANI

O Iesu hoc mihi singularis gratiæ loco concede: ut vulnus lateris nunquā egrediar: sed hīc dormiam, hīc manducem, hīc bibam hīc in ambulem, hic legam, hīc orem, hīc mediter, hic contempler, hic de nique viuam, & moriar.

O dulcissime, sponse animæ meæ: depone coronam tuam è diris spinarum aculeis contextam, de purissimo & dulcissimo capite tuo, eamque capiti meo impone ac imprime: quia volo ut illa deinceps sit corona & ornamentum capitis mei.

O Iesu ignis cordis mei.

O Iesu amor meus.

Permitte animam meam intra spinas coronæ tuæ commorari.

O corona sponsi mei Iesu Christi, capiti eius admodum acerba, mihi verò valde decora & suavis.

O Corona Iesu Christi, sponsi mei, cui spinarum aspermarum caput eius conuulnerantium vice fuisti, mihi verò florum, rosarum, liliorum, ac violarum loco es.

O hor-

O hortus voluptatis.  
O paradisus deliciarum.  
O pratum recreationis.  
O sylva amorosa.  
O corona sanctissima, plena de-  
litijs es animæ meæ.

Te adoro corona sanctissima,  
quæ diuinum caput sponsi mei Iesu  
Christi cinxisti.

Te adoro, quæ regis summa ma-  
iestatis caput coronasti.

O spinæ crudelissimæ.  
O spinæ acutissimæ.  
O spinæ durissimæ capitii IESV  
Christi.

O spinæ, O spinæ, estote nunc  
crudeles: estote nunc acutæ & af-  
peræ scelerato cordi meo.

O spinæ, spinæ, connuluerate, &  
sæuite nunc in cor meum venen-  
peccati & impietatis plenum.

O spinæ, spinæ, penetrate, transfi-  
gite & lacerate cor meum impro-  
bum.

O crudeles clavi, qui manus &  
pedes IESV Christi Patris mei  
transfodistis, quæso cor meum in

T 3 nomine

438 TESTAMEN. AN<sup>M</sup>IE  
nomine SS. Trinitatis. Patris, &  
Filij, & Spiritus Sancti transuerbe-  
rate.

O sana lancea, quæ cor sponsi mei  
I E S V Christi confodisti: perfodè  
pectus meū: & trāsfige cor meum.

O spōse mi, qui voluntariam  
paupertatem elegisti.

O I E S V dulcissime amor meus.

O spes animæ meæ.

Da mihi manus tuas, & vulnera  
sanctissimorum pedum tuorum ol-  
culanda.

Patere, vt sanguinem q. i è vulne-  
ribus manuum & pedum tuorum  
profluxit, exugam.

Permitte amor meus: vt semper  
vulneri lateris tui adhæream, vt  
sanguinem totum ebibam, ac animi  
mea tuo amore inebrietur.

Trahe me dulcis I E S V intra pe-  
ctus tuam, vt iuxta cor tuum totus  
amoris igne succendar.

O amorosum cor I E S V sponse  
animæ meæ, da veniam huic mei  
temeritati, quia indignus sum qui  
tibi appropinquem.

D

Da mihi ô I E S V facultatem,  
vt inspiciam & contrectem cor  
tuum.

O I E S V crucifixe amor meus,  
da mihi facultatem, vt osculer cor  
tuum.

Patere vt illud in manus meas  
quamuis tanto beneficio indignus,  
suwam.

Permitte vt illud in sinu meo col-  
locem & foueam, quamuis locus  
iste, illi minimè conueniens sit.

Veni Domine & supra cor meum  
reside, ac quiesce.

O I E S V ardentissimè amor me-  
us, accipe cor tuum & repone illud  
in sinum meum.

Include me I E S V in medio cor-  
dis tui.

O fornax amorosa pectoris I E-  
s v Christi.

Quando totus conflagabo in te.

Incende, vre, consume, me totum  
Iesu in fornace tui ardentissimi  
amoris.

O vis amoris, da mihi, dulcis Iesu  
facultatem vt cor tuum & omnia

T. 4 viscera

440 TESTAMEN. AN<sup>TM</sup>AE  
viscera tua amore flagrantissima  
manducē, vt totus trāsformer in te.

Fac Domine, vt totus efficiar  
ignis in amoroſo hoc incendio.

Fac Iesu mi crucifixe, vt quicun-  
que me videt, nihil nūc ignem & ar-  
dentissimam tui amoris fornacem  
cernat.

O Iesu quando faliſ ero, vt nihil  
in me reperiatur niſi Iesuſ?

Quando dicere potero: *Viu*iam**  
*so*is* ego, viuit ver*s* in me christ*u*m.*

Iubila anima mea & dic, viuat  
Iesuſ.

Exultat anima mea, & dic, ſit be-  
nedictus Iesuſ.

Iubila, exulta, & lauda anima  
mea, Iesuſ. Inuita anima mea crea-  
turas omnes, ad prædicandum &  
laudandum ſponsum tuum Iesuſ.

Tibi anima mea nihil viuat, niſi  
ſolus Iesuſ.

O Iesuſ dulcis.

Iesuſ ſauuis.

Iesuſ amor.

Iesuſ ignis.

Iesuſ ardor.

Iesuſ

PARS TERTIA.

Iesu incendium.  
Iesu omne bonum.  
Moriar ego, & viuat Iesus.  
Ego, Iesu, hinc migro, & spiritum meum tibi relinquo.  
OMARIA mater Dei, commenda me Iesu. Iesus. Maria. Franciscus.

Oratio deuotissima ad sanctissimum  
cramentum altaris.

O IESU viua, vera, & vniuersa spes  
mea, & omnium animalium pretiosissimo  
sanguine tuo redemptarum. Te in  
hoc & omnibus altaribus totius  
mundi, sub venerandis speciebus  
panis & vini presentem adoro: &  
deprecor ut mihi largiaris cortu-  
rum, & meum tibi assumas, ut illud  
alicias, & mundes ab omni malitia  
& immunditia, & ego de tui cordis  
puritate, dulcedine, ac suauitate  
gaudeam.

O Iesu dulcissime amor meus,  
mihi indigno seruo tuo hoc munere  
& gratię impartire, ut semper in  
corde, & si placet, ante oculos et  
iam corporales dulcissimam pra-

T 5 fentiam

442 TESTAMEN. ANAMAE  
sentiam pretiosissimi corporis &  
sanguinis tui in sanctissimo sacra-  
mento circumferam.

O Domine hanc mihi gratiam  
larginere: ut quocunq; me conuertero  
semper sanctissimam hostiam con-  
secratam, & calicem plenum preti-  
oso sanguine tuo aspiciam: imo ut  
omnia quæcumque aspexero tuo  
pretiosissimo sanguine mihi tin-  
cta videantur.

O Iesu Pater mi dulcissime, fac in-  
cisurā in summitate cordis mei, at-  
que in medio illius hostiam conse-  
cratam constitue, vt cor meum te  
etūifixum semper cernat, & visce-  
ra mea te adorent, gaudiantque de  
dulcissima præsentia tua.

O amantissime Iesu in pectus  
meum sanguinem tuum effunde, &  
riuis sanguinis tui circunda cor  
meum, vt in eo continuo natet: at-  
que anima mea ardentissima tui  
amoris fornace inflammetur, &  
succendatur.

O Iesu dulcissime Pater, & salua-  
tor mi, me totum in anima, & cor-  
pore,

pore, trahe intra vulnus sanctissimi lateris tui, & iuxta cor tuū me colloca, & tuis pastissimis & suauissimis visceribus me astringe: vt illa osculādo, stringendo & amplexando, anima mea tota succendatur & absorbeatur, ab impenetrabili abyssō tui dulcissimi amoris: sicque roborata vniuersa mala vitare, atque omnia bona opera efficere posse, que tu à creatura humana, committi vel effici posse comprehenderes potes? idque ad laudem, & gloriā tuā, & sanctissimae Trinitatis, Patris, & Filii, & spiritus sancti.

O Virgo Maria mater Dei, & dulcissima peccatorum aduocata, tu nosti preciosum hoc corpus & sanguinem de tuo purissimo sanguine operante spiritu sancto conceptum & generatum fuisse, atq; ex odorifero nortulo vteri tui prediisse, ac proinde obsecro te, vt apud ipsum pro me & omnibus peccatoribus intercedere digneris. Amen.

O Angeli, & Sancti omnes, qui de

T 6        coelo

444 TESTAMENT. ANIMA  
cœlo delapsi, huic summo Regi,  
sanctissimo Dei Filio, Domino &  
Patri nostro, sub his speciebus p-  
nis & vini, in hoc & alijs omnibus  
altaribus totius mundi præsentis,  
ministratis, & assistitis. Intercedi-  
te apud ipsum pro me, & omnibus  
viuis & defunctis. Amen.

Et tu ô sanctissima & semper ve-  
neranda Trinitas Pater, Filius, & Spi-  
ritus sanctus, quæ nostri amore im-  
pulsâ tam insigne & amoris plenū  
mysterium Ecclesiæ reliquisti: mi-  
serere mei & omniū peccatorum.

IESVS. MARIA. Franciscus.

**E X P O S I T I O**  
**O R A T I O N I S D O-**  
**M I N I C A E ,**  
**I n t e l l e c t u m i l l u m i n a n s , & a n i m a m**  
**a d a m o r e m u n i t i u m C r e a t o r i**  
**s u i s u b u e h e n s ,**

PATER

**O** Summe Deus, tu es Pater, quo-  
tidie generas spirituales filios  
per semen amoris viuificantis.

Quan-

Quando filius tuus efficiar? quando te toto corde diligam? quando ex omnibus viribus te amabo? quando te intra viscera meis brachijs amoris constringam? quando te in anima mea complectar?

## NOSTER

O dulcissime Deus, tu es Pater noster: Pater inquam totius creaturæ: quandoquidem per omnia diffundis signa tuæ suauissimæ bonitatis.

Quando te tam ardenter diligam, ut in me vestigium aliquod tuæ bonitatis appareat.

Quando omnis à me malitia & improbitas diffugiet, ut locum præbeat tuæ sanctissimæ bonitati? quando cordis mei os adèd dilatabitur, ut te totum absorbeat & deglutiat Deum & Patrem meum.

## QUI ES IN COELIS.

O anima mea animaduertis nunc Deum in cælis habitare, & illic esse locum requitionis eius? quando igitur ad instar cæli speciosa, clara & splendida rutilantibusque virtutibus

T 7 tum

446 TESTAMEN. ANIMA  
cum stellis ornata eris, vt Deus in te  
habitationem suam constituant?

O Deus optime & Pater benignissime, quando dignaberis in hanc  
miseram & miserabilem animam  
meam ad habitandum descendere?  
Quando animam meam amoris tui  
igne ab omnibus fôrdibus & im-  
munditijs vitiorum perpurgabis?

Quando anima mea cœlo similis  
efficietur, vt in ea non aliter, ac in  
thalamo tua arcissimæ Maiestatis  
commoreris?

SANCTIFICETVR NO-  
MEN TVVM.

O Deus, amor meus, tum sanctifi-  
catur, hoc est, ab omni terrena  
labe, & concretione secernitur in  
nobis notitia tua: quando sublata  
omni carnalitate, tu solus super o-  
mnia diligeris.

Quando igitur ô Deus te toto  
corde meo diligam & complector?  
Tunc nullum ultra in me locum ha-  
bebit terrena villa labes, cum tu De-  
us per gratiam & amorem tuum  
habitaueris in me.

AD-

SARS TERTIA. 447  
ADVENIAT REGNUM  
TVVM.

Miserum me, non deest in me  
Domine, qui regnet. Regnum sibi  
vendicare conatur in anima mea,  
interdum superbia, non nunquam  
gula, aliquando luxuria, sed tu, o  
Deus adiuua me, quia nolo ut alius  
quisquam regnet in me praeter te  
dulcissimum Patrem meum.

O Domine tunc regnabis in me,  
cum ego te ferueritissime dilexero.

Quando igitur Domine diuini  
amoris vinculo agglutinabis tibi  
animam meam, ut tu solus domine-  
ris & regnes in me, quandoquidem  
in anima diuini amoris igne austu-  
ante requiescis, non secus ac in pro-  
prio domicilio.

Quando fugient a me vitiorum  
tenebrae, ut tu lux clarissima præ-  
sentia tua animam meam solus sub-  
intres, & possideas.

FIAT VOLVNTAS TVA SI-  
CVT IN COELO, ET IN  
TERRA.

Tum dulcissime Pater adimple-  
bitur

448 TESTAMENT. ANISME  
bitur in me voluntas tua, quando  
(quatum possibile est humanæ fra-  
gilitati) voluntas mea tuæ volunta-  
ti conformis fuerit. ut est illorum  
beatissimorum spirituum, qui te fa-  
cie ad faciem in cœlis contemplan-  
tur.

Sed, quid dulcissime amor meus,  
hanc in me voluntatis conformita-  
tem efficere potest, nisi vehemen-  
tia & impetus amoris, quæ contra-  
rias voluntates vnit?

Quando igitur spes mea, te totis  
viribus meis diligam, vt trbi soli  
coniungar, & quæ tibi placita sunt,  
cupiam?

PANEM NOSTRVM QVO-  
TIDIANVM DA NOBIS  
HODIE.

O Panis Angelorum quando ad  
delitiosissimam mensam diuini amo-  
ris reficiar, & satiabor: O Deus  
quis mihi suauissimum tui amoris  
panem tribuat, vt eodem pane  
sustentem, quo Angelici spiritus, &  
Beatorum animæ in cœlesti gloria  
satiantur: vt tanquam catellus ex  
amicis.

PARS TERTIA. 449

inimicis cadentibus de mensa Domini  
mei reficiar?

O Pater benignissime hunc panem mihi incessanter impertire, quandoquidem ne in præsenti vita deficiam, illo vehementer quotidiè indigeo:

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBLITORIBVS NOSTRIS.

O Deus creditor misericordissime: quando certus ero te mihi omne debitum scelerum meorum immanium & nefandorum dimisisse?

O Pater sanctissime & liberalissime, peccata mea grauissima à te vniuersaliter & summo bono me separarunt, atque inimicum tibi constituenterunt?

O miserum me, quomodo redire potero in gratiam, & amicitiam tuam, sordelque criminū meorum abolere, nisi per diuinum amorem?

Quando veniet dies illa, qua cor meum tui amore ardebit, atque in fornace amoris tui consumetur, ut

cit.

450 TESTAMENT. ANIMIE  
tu Deus meus cogaris mihi omnia  
peccata remittere, iram tuam à me  
auertere: ac metibi placentem ef-  
ficere.

ET NE NOS INDUCAS  
IN TENTATIONEM.

O Pater optine & benignissime,  
te deprecor, vt vinculis amoris me  
arctissimè tecum vinceas, quia cer-  
tus sum, statim ubi odor amoris tui  
aspirare cæperit animæ meæ, me  
facile contemplantam omnes molli-  
tiones & tentationes, quibus inimi-  
ci mei caro, Diabolus, & mundus  
me adoriuntur, & fatigant: Quis  
mihi hoc gratiæ largiatur, vt illi so-  
li colligetur anima mea, cum quo  
vnita omnes inimicos suos spernat  
& despiciat? ô diuini amoris ignis,  
depasce & consume in me omnes  
intrinsecas concupiscentias: & om-  
nes aduersariorum meorum mundi  
& Dæmonum insidias à me longe  
repelle,

SED LIBERA NO'S A MALO.

Libera me Domine ab omni ma-  
lo, non tantùm à poenis Inferni, sed  
etiam

PARS TERTIA. 457  
etiam purgatori, quod à te Pater  
amantissime peto, non ob tormentorum  
evasionem, sed ob ingens tui  
amoris desiderium, eò quod in his  
locis à tuo amore præpediar: si  
enim in Inferno fuero, te nunquam  
videre potero, ac proinde nec amar:  
re: Si verò in purgatorio, prorahe-  
tur desiderium meum, quo te post  
mortem videre ac perfaci cupio.

Largire itaque mihi Domine a-  
morem tuum, quo remittantur mi-  
hi peccata mea quibus anima mea  
mille Infernos promeretur: Incéde  
cor meum in hoc mundo tui amo-  
ris igne, ut in p[re]senti vita diligen-  
ter purgatus, merear in extremo ar-  
ticulo mortis de te gaudere, atque  
in cælis cùm omnibus Angelis &  
sanctis tuis in sæcula sæculorum te  
possidere. Amen.

EXPOSITIO SALVTATIO-  
NIS ANGELICAE.

Intellexum illuminans & ad amo-  
rem vnituum glorioſissimæ Vir-  
ginis perducens.

AVE

A Ve Regiña cœli & terræ, quæ  
fuisti, es, & eris semper sine  
væ peccati, miserię, & ignis æterni,  
ac in omnē æternitatē beatissima.

Tunc anima mea & peccati &  
miseriarū immersa, atq; in magno  
periculo in vœ ignis sempiterni cor-  
ruendi constituta, liberabitur ab  
omni vœ, cùm s̄xpe salutationem  
hanc frequentauerit. Aue Maria.

Aue igitur. Aue, & millies Aue  
Maria.

O Virgo dulcissima, quando tibi  
adèd deuotus ero, vt semper in cor-  
de, semper in lingua habeam hoc  
verbum. Aue Maria.

O quando adèd liber ero ab om-  
ni vœ, vt assidue cantare possim hoc  
verbum. Aue.

O quis me à miserijs meis & vœ  
vindicet, vt incessanter & dulciter  
clamare queam: Aue, Aue Maria.

MARIA.

Sanctissimum, dulcissimum, &  
sauissimum est nomen tuū, & tibi  
conuenientissimum virgo Maria. Es

BALM.

namq; mare amarum : maris stella:  
illuminata & illuminatrix. Es Do-  
mina, Regina, & Imperatrix.

Mare amarū es Dēmonibus:Stel-  
la maris hominibus in hoc mundo  
errantibus: Illuminatrix Angelis in  
cōelo gaudentibus : Domina & Re-  
gina cōtūrārum omnium visibi-  
lium & inuisibilium, in cōelo & ter-  
ra existentium.

Respice anima mea, hæc est Do-  
mina tua, hæc mater tua.

O cæca & tenebris circumfusa  
anima mea, hanc aspice si illumina-  
ri & à cæcitate liberari cupis, ad  
hanc in hoc mari procelloso, ac pe-  
ticulis pleno, oculos erige si tuta  
vis esse.

In mari hoc amaro te per deuo-  
tionem oportet nauigare, si ad por-  
tum salutis appellere desideras.

O Maria mare amarissimū, pre-  
pter dolores ingentes, quos in mor-  
te & vita vñigeniti filij tui Domini  
noſtri Iefu Christi sustinuisti.

Quando tecū in hoc mari amaro  
partem habebop?

Quan-

454 TESTAMEN. ANIMA.

Quando, ô Maria dulcisima, te  
cum mortem filij tui Domini mei  
Iesu Christi deplorádo tuo semper  
lateri coniunctus ero? Quando vos  
oculi mei mare lachrymarū præ cō-  
passione Mariæ & Iesu profūdetis?

Quando tu cor meum durissimū  
emollieris liquefies, atque in mare  
amarum præ compassione Mariæ  
& Iesu conuerteris. O Maria stella  
splendidissima, obsecro te, per tuam  
clementiam illucesce mihi.

GRATIA PLENA.

O Maria mater mea dulcissima,  
tu es plena & cumulata omnibus  
gratijs. Tu in anima & corpore re-  
ferta est, omnib<sup>o</sup> donis, virtutibus,  
privilegijs, & præmijs. Tu ô Regina  
speciosissima, es adeò grata ut  
Angelus Gabriel nomen tuū Mariæ  
subticuerit, teq; grata plenam sa-  
lutauerit: ac S. Mater Ecclesia te Ma-  
trem gratiæ appellat.

O mare & abyssus omnium gra-  
tiarum, quando tuorum bonorum  
me consortē efficies? Quando super  
hanc aridam animam meam, vel  
vulnus

PARS TERTIA. 455

vnicam cantum modo guttulā tan-  
tarum gratiarum stillabis?

Quando dignus habebor, parti-  
cipatione non dico cunctorum do-  
norum tuorum, sed vel vnicā gutta  
tibi superflueat? O Virgo sanctissi-  
ma sub umbrā tua protege me.

O Maria mater Dei, fac me dig-  
num qui laudes tuas prēdicem, quā-  
uis labijs & ore immūdo sim.

DOMINVS TECVM.

O felicissima mulier, cæli & ter-  
ræ Regina, magna es: quandoquidē  
Deus de cælis descendit, vt tecum  
habitaret. Dominus tecum.

Dominus vniuersaliter totius  
naturæ: Dominus speciatim omniū  
hominum, & tuus præcipue, solus  
descendit, vt tecum modo admirabiliter  
manceret, secundū quæ in nulla  
creatura, nec visibili nec inuisibili  
mansisse reperitur, maneret.

Animaduertis nunc anima mea,  
quæ seruēter huius Mariæ matris  
Dei societatem & amicitiam ambi-  
re debeas, quandoquidem Domi-  
nus & Deus cum ea est.

Adhæ-

456 TESTAMENT. ANIMAE  
Adhære sanctissimis pedibus hu-  
ius cœlestis foeminae. Constringe il-  
los & amplectere mente deuota,  
noli ab illis vñquam separari, quia  
existendo cum illa, es cum Domino  
Deo, & Patre tuo.

Expande pallium tuum supra me,  
Virgo sanctissima & sub aliis tuis  
absconde me.

Noli me à te, mater misericordiæ,  
repellere, quia sine te viuere non  
potest anima mæa.

O cœlestis Regina, Dominus te-  
cum est, non te à se repulit, sed cle-  
menter ad te descendit, ut habitaret  
in utero tuo: Quia igitur ratione po-  
teris me & omnes peccatores à te  
repellere? Certè non valebis, quia  
Dominus meus & tuus Iesus Chri-  
stus eam ob causam voluit habita-  
re in te?

BENEDICTA TV IN MV.  
LIERIBVS.

Benedicta es Domina, & mater  
mea super omnes femineas, ac pro-  
inde benedictio quam tu mater  
mea sanctissima perceperisti, omnem  
male

maledictionem ab Eua prima paren-  
te nostra profectam sustulisti.

Benedicta es propter plenitudinem  
gratiae quam accepisti: propter mul-  
titudinem misericordiae quam in mundo  
peperisti: propter diuinae personae  
sublimitatem, quam vtero cocepisti:  
propter magnitudinem gloriae ad  
quam in cælis sublimata fuisti.

Quis mihi tribuat ut ab hac foemi-  
na super omnes mulieres benedicta  
numquam auellar.

Adiunge te illi anima mea, flecte  
genua coram illa, abiice te ad pedes  
eius, nec ante recede quam illa tibi  
benedixerit.

O benedicta a Deo, ac omnibus be-  
nedictionibus cumulata, benedic pro  
tua clementia & pietate afflictæ ani-  
mæ meæ.

O Iesu quando hoc mihi gratiae im-  
pertieris, ut semper corde circumse-  
ram te & dulcissimam Matrem tuam.

Quando cordi meo imprimetur  
nomen benedictis & benedictæ.

Quando sentiam effundi super me  
mare benedictionum, per manus Ma-

V  
ria

458 TESTAMENTO ANIMAE  
riæ matris Ei super omnes fœminas  
benedictæ.

**ET BENEDICTVS FRVCTVS  
VENTRIS TVI IESVS.**

Et certè quomodo fieri poterat, ut  
hortus ille odoriferus vteri tui cale-  
stibus benedictionibus affluens, ali-  
um fructū quā benedictū proferret?

O Iesu benedictæ qui in augustissi-  
mo Beatiss. Virginis MARIAE vtero  
in carnari & nouem mensibus requi-  
escere voluisti.

O MARIA quæ digna fuisti Do-  
minum Iesum Christum vtero ge-  
stare.

Sicut benedictus amatissimus & flori-  
dissimus hortus vteri B. Virg. Mariae.

Sis & tu ô Iesu huius horti suauissi-  
mus fructus benedictus, qui interro-  
tas & lilia, ex hoc purissimo vtero  
prodijsti.

Sicut benedicti Iesus & Maria.

Et tu Iesu Mariæ dulcissimus &  
preciosissimus Filius, sis benedictus.

Et tu lingua mea sis benedicta; nec  
vñ tam à laudibus Iesu & Mariæ tibi  
requiem concede.

Et

PARS TERTIA.

459

Et tu cor meum sis semper bene-  
dictum ab hoc filio, & hac Matre, il-  
losque in medio tui insculptos cir-  
cumfer.

O Dens, quis cordi meo literis au-  
reis inscribat hæc duo sanctissima  
nomina Iesu & Mariæ, nomen Iesu  
ad dexteram, & Mariæ ad sinistram  
eius partem, Crucemq; in medio eo-  
rum: ut quotiescumque Iesum inuoca-  
uero, statim etiam ad inuocationem  
MARIAE me conuertam & dicam.  
Sancta Maria mater Dei.

SANCTA MARIA MATER DEI.

Ecce dulcisima & piissima Mater  
misericordiæ, ego indignus filius S.  
Matris Ecclesiæ sponsæ filij tui te in-  
uoco & aio: Sancta MARIA mater  
Dei. O Sancta, & sanctorum omnium  
Regina, B. virgo Maria, ad te cofugio,  
tanquam ad tutissimum peccatorum  
omnium, quorū ego sceleratissimus  
sum perfugium: Ego inquā negligenter-  
tissimus, frigidissimus, & quadam  
teporis glacie constrictus: spiritu &  
deuotione carens, ad Mariam, diuino  
amore ardente recurro.

V 2      Ego

460 TESTAMENT. ANIMA

Ego vitijs omnibus affinis, & im-  
munditijs refertus: ad te sanctissi-  
mam & sanctorum omnium Domi-  
nam & Imperatricem, de tua cle-  
mentia securus configio.

Ego Pater immanium ac turpissi-  
morum scelerum, ad te purissimam  
Dei Matrem accurro.

Ego denique Dæmonis filius ob-  
criminum meorum multitudinem  
& foeditatem, ad te Mariam Dei ma-  
trem configio

Ad te inquam Dei & hominis ge-  
nitricem venio. Ad te matrem Iesu  
veri Dei & hominis configio, & co-  
ram te humillimè prostratus sine  
cessatione clamo.

ORA PRO NOBIS PECCA-  
TORIBVS.

O Mater Dei. Mater etiam & ad-  
uocata peccatorum, recordare quod  
propter nos peccatores Dei filius te  
in matrem suam elegerit. atque id-  
circo ad te configio, rogans te pro-  
me & omnibus peccatoribus in ter-  
ra existentibus.

O Mater Iesu oculos misericor-  
diz

PARS TERTIA.

461

dix tuæ ad nos miseros in hac valle  
lachrymarum iacentes conuerte, &  
noli nos relinquere.

Monstra, carissima mater, filio tuo  
mamillas & lac quibus eum nutri-  
uisti, ostende illi brachia, quibus eū  
complexa es: Exhibe illi denique vte-  
rum quo illum nouem mensibus ge-  
stasti, quia hac ratione illum facile  
ad misericordiam permouebis.

Enumera illi dulcissima mater &  
in memoriam reuoca labores & fa-  
tigationes quas pro eo sustinuisti, sic  
namque illum, sua natura ad clemen-  
tiā satis propensum facilē com-  
mouebis, vt nostri misereatur.

Adiuua nos, Mater IESU, tot enim  
mala sunt, quæ nos circumstāt & pre-  
munt, vt sine tua ope illa effugere  
non valcamus.

Obsecro te etiā Mater sanctissi-  
ma, pro omnibus hominibus genera-  
liter, & pro singulis specialiter: at  
pro me omniū miserrimo & nefan-  
dissimo tibi specialius supplico, teq;  
obtestor per amorem quo te DEUS  
dilexit, & per beneficia quæ tibi præ-

V;

stitit

462 TESTAMENT. ANIMAE  
stitit: ut mihi vnam guttam lacris tui:  
& vnam guttam sanguinis Iesu filij  
tui largiaris, ut earum virtute ab om-  
nibus fordibus & immunditijs meis  
emunder, atque ardenti amore erga  
Deum & te succendar.

O purum & nitidum lac: o pie san-  
guis: o sanguis Iesu: o lac Mariæ: vos  
estis dulcissima potio, & saluberri-  
ma medecina qua omnia vulnera  
mea sanantur: ac proinde ad te o B.  
virgo Maria pauper & egens confu-  
gio: dicens. Sancta Maria ora pro no-  
bis peccatoribus.

NVNC ET IN HORA MOR-  
TIS NOSTRAE.

Omni tempore tuis sanctis preci-  
bus indigemus B. Virgo MARIA, eo  
quod semper innumeris periculis  
circumdati simus, atque inimici no-  
stri Mundus, Caro & Diabolus ubiq;  
misere nobis laqueos, & offendicula  
ponant.

Verum in morte ope tua maximè  
indigemus, ac proinde adiuua nos  
nunc, & in hora mortis noli nos de-  
relinquere: quandoquidem tu mater  
miseri-

misericordiae non ignoras, quantas  
aduersarij nostri in extremo mortis  
articulo, miseræ animæ insidias ten-  
dant & parent.

Scis etiam dulcissima Mater quam  
horredus at tunc dæmonū aspectus,  
quantaque eorum ferocitas & trucu-  
lentia, cum anima exitura est de cor-  
pore.

Quare o sancta Virgo. O M A R I A.  
O mater DEI tunc misericordia succurre,  
tunc auxilium impende, nec in illa  
tremenda hora nos derelinque, quā-  
doquidem ab illo momento, tota no-  
stra felicitas dependet. Ideoq; in re-  
tanti ponderis ac momenti, totis vi-  
ceribus cordis mei te rogo & dico.

M A R I A Mater gratiæ.

Mater misericordiae.

Tu nos ab hoste protege.

Et hora mortis suscipe.

L A U S D E O V I R G I N I Q U E  
M A T R I .

F I N I S.

V 4      IN-

INDEX CAPITVM  
ET RERVM PRAECL-  
PVARVM PRAESEN-  
tis opusculi.

- P**rologus, siue admonitio ad animam im-  
mortificatam, & negligentem in di-  
uino seruitio. pag. 3
- Tredecim stimulianimam ad perfectionis stu-  
dium excitantes. 6
- Ostium per quod ad speculum anime patet in-  
gressus: & facilis ad perfectionem adi-  
tus. 17
- Exercitium quo anima de peccatis præter-  
itis conteritur. 18
- Enumeratio beneficiorum particularium. 23
- De maculis anime. Cap. 1. 29
- De propria voluntate. Cap. 2. 33
- Modus eluendi maculam proprie voluntati-  
onis. 41
- De affectione ad temporalia. Cap. 3. 45
- Modus eluendi maculam affectionis inordi-  
natae ad res temporales. 50
- De affectu inordinato ad res sensuales.  
Cap. 4. 52
- Modus eluendi maculam sensualitatis. 59
- De amore inordinato, Cap. 5. 58
- Modus eluendi maculam amoris inordinati.  
61
- De negligentia & otio. Cap. 6. 65
- Modus eluendi maculam negligentiae. 67
- De timore. 71



## INDEX.

- |  |          |      |
|--|----------|------|
| De timore inordinato.                                      | Cap. 7.  | 70   |
| Modus eluendi maculam timoris inordinati.                  | 75       |      |
| De inquietudine & impatiētia cordis.                       | Cap. 8.  |      |
| 78   |          |      |
| Modus cluendi maculam inquietudinis & impatiētiae cordis.  | 79       |      |
| De quæstione suij suis.                                    | Cap. 9   | 82   |
| Modus eluendi maculam quæstionis suij suis.                | 84       |      |
| De gloria & honore mundano.                                | Cap. 10. | 88   |
| Modus eluendi maculam gloriæ & honoris mundani.            | 91       |      |
| De curiositate.  | Cap. 11. | 92   |
| Modus eluendi maculam curiositatis.                        | 95       |      |
| De vana gloria.  | Cap. 12. | 97   |
| Modus cluendi maculam vanæ gloriæ.                         | 100      |      |
| De distractiōne animi.                                     | Cap. 13. | 102  |
| Modus eluendi maculam distractiōnis cordis.                | 105      |      |
| De tristitia cordis.                                       | Cap. 14. | 106  |
| Modus cluendi maculam tristitiae.                          | 109      |      |
| De cogitationibus & operationibus intellectus.             | Cap. 15. | III  |
| Modus eluendi maculam curiosæ speculatiōnis intellectus.   | 115      |      |
| De sollicitudine circa exteriora.                          | Cap. 16. | 117. |
| Modus eluendi maculam sollicitudinis circa res exteriores. | 120      |      |
| De otio.   | Cap. 17. | 121  |
| Modus eluendi maculam otij.                                | 124      |      |

## INDEX.

De Tædio. Cap. 18.	125
Modus eluendi maculam tædij.	127
De contentione. Cap. 19.	128
Modus eluendi maculam contentionis.	130
De indicij temerarijs. Cap. 20.	131
Modus eluendi maculam temerarij indicij.	133
De nimia confidentia. Cap. 21.	134
Modus eluendi maculam nimiae confidentie.	137
De pusillanimitate. Cap. 22.	137
Modus eluendi maculam pusillanimitatis.	143
De timore inordinato pœnarū. Cap. 23.	147
Modus eluendi maculam timoris.	148
De muliloquio. Cap. 24.	149
Modus mortificandi linguam.	151
De scrupulostate. Cap. 25.	152
Modus tollendi scrupulos.	155
De dulcedine rerum Spiritualium. Cap. 26.	
	159
Modus eluendi maculam gulofitatis in consolacionibus Spiritualibus.	169
De septem peccatis mortalibus, & ratione illa superandi.	171
Methodus generalis omnia vicia superandi	
	172
Modus superbiam deprimendi, & humilitatem acquirendi.	174
De Inuidia.	175
Modus eluendi maculam inuidie.	176
De Ira.	178
Remedia contra iram.	Ibid.
	D6



I N D E X.

• De Avidia.	179
Remedia contra acediam.	181
Contra tristitiam.	Ibid.
De Avaritia.	Ibid.
Remedia contra auaritiam.	182
De gula.	183
Remedia contra gulam.	Ibid.
De luxuria.	184
Remedia contra luxuriam	185
Remedium uniuersale contra omnia vita, quod est: IESVS Christus crucifixus.	187
Damna peccati venialis.	190
Duodecim damna peccatorum venialiū.	191
Finis Indicis primæ partis.	

I N D E X S E C V N D A E P A R T I S

Proemium. De S. Oratione.	197
Porta per quam in sanctæ orationis hortum introitur.	200
Custos horti.	205
De præparatione ad orationem. Cap. 1.	208
De partibus orationis. Cap. 2.	213
De modo orandi Cap. 3.	214
De lectione. Cap. 4.	220
Modus in lectione obseruandus. Cap. 5.	228
Modus semper orandi & meditandi sine alio quo impedimento. Cap. 6.	230
Praxis eximia ex cunctis rebus & actionibus fructum referendi.	236
	PARTE

I N D E X.

- Partitio lectionum singulis hebdomadæ diebus mediandarum. Cap. 7. 238  
Lectionum meditationibus singulorum hebdomadæ dierum respondentium designatio. 239  
Praxis meditationis in lectiōem diei Dominicæ. Cap. 8. 242  
Praxis meditationis in lectionem diei Lunæ. Cap. 9. 245  
Praxis meditationis in lectionem dici Maris. Cap. 10. 250  
Praxis meditationis in lectionem diei Mercurij. Cap. 11. 253  
Praxis meditationis in lectionem diei Iouis. Cap. 12. 259  
Praxis meditationis in lectionem dici Veneris. Cap. 13. 262  
Praxis meditationis in lectionem diei Sabbathi. Cap. 14. 266  
Quomodo Paſſio Dominica in multas alias lectiones distribui poſſit. Et primum, in quas lectiones diuidi poſſit lectio diei Dominicæ Cap. 15. 270  
In quas lectiones distingui poſſit lectio diei Lunæ. 271  
In quas lectiones subdividi poſſit lectio diei Martis. 272  
In quas lectiones, dierum Mercurij & Iouis lectiones distingui poſſint. 272  
In quas lectiones dierum Veneris & Sabbathi

INDEX.

- *ibi* sectiones diuidi possint. 273  
De devotione, quæ orationem adiuuat, &  
quomodo acquiratur Cap. 16. 274  
Decem media, quæ animam ad devotionem  
excitant. 275  
De affectibus in oratione. Cap. 17 278  
De impedimentis in oratione occurrentibus.  
Cap. 18. 281  
De temptationibus in oratione occurrentibus.  
Cap. 19. 283  
Remedia contra easdem tentationes Ibid.  
Documenta septendecim, orationis exercitium  
arrepturis necessaria. Cap. 20. 289  
Arbor malorum aureorum. 307  
Exercitium insigne ad perfectionis culmen ap-  
prehendendum viam sternens. Cap. 21.  
Ibidem.  
Modus breuissimus, & efficacissimus orandi  
DEV. Cap. 22. 317  
Sententiae aliquot S. Scripturæ quibus DEV  
laudatur, ac benevolentia illius ante ora-  
tionem conciliatur. 318  
Exercitium aliud ad perfectionem appren-  
dendam efficacissimum: usus videlicet ora-  
tionem iaculatoriarum. Cap. 23. 319  
Orationes iaculatorie ex Psalmis desumptæ  
quibus auxiliū contra inimicorum perse-  
cutiones imploratur. 320  
Aliæ quibus DEV oratur, ut preces nostras  
exaudiat. 329  
Aliæ

## INDEX.

- Aliæ quibus Dens rogatur, ut nos in viam re-*  
*Etiam ipsi benè famulandi deducat.* 333
- Aliæ quibus petitur, ne contrā nos irascatur:*  
*sed secundūm misericordiam suam nobis-*  
*scum agat.* 337
- Aliæ quibus postulatur, ut infirmitates no-*  
*stræ animæ & corporis sanet.* 340
- Aliæ quibus DEV S laudatur.* 341
- Fons limpidissimus & iucundissimus horum*  
*orationis irrigans. Cap. 24.* 347
- Monile pretiosissimum, quo anima pia sacre-*  
*sanctum corporis & sanguinis D.N. IESV*  
*Christi sacramentum susceptura collum*  
*exornet* 356
- Quid facere debeat ante communionē.* Ibid.
- Quid facere debeat in communionē.* 361
- Quid post communionem.* 365
- Modus alius brevior ad S. communionem se*  
*præparandi.* 372
- Quid faciendum sit ante cōmunionem.* Ibid.
- In ipsa communionē.* 375
- Post communionem.* Ibid.
- Quæ notanda sint post communionē.* 377
- Methodus sanctissimum Eucharistie sacra-*  
*mentum spiritualiter, quoties placet susci-*  
*piendi.* 378
- Documenta quædam ad faciliorem præeden-*  
*tis methodi exercitationem.* 381
- Meditatio prima de Venerabili Sacramento.*  
383

Medi-

I N D E X.

- Meditatio secunda. 390  
Meditatio tertia. 398

Finis Indicis secundæ partis.

INDEX TERTIAE PARTIS.

- Testamentum anime cum DEO. 405  
Susprium primum oblationis. 410  
Susprium secundum petitionis. 412  
Susprium tertium, gratiarum actionis. 415  
Susprium quartum, laudis. 419  
Susprium quintum, conformitatis. 421  
Susprium sextum, vniomis. 422  
Susprium septimum, generale. 423  
Confirmatio continua eorum que supra scri-  
pta sunt Ibid.  
Documenta pro predicatorum faciliori exer-  
citione. 424  
Documenta duo notabilia. 427  
Orationes aliquot iaculariorie ad Christum  
crucifixum. 432  
Expositio orationis Dominice 444  
Expositio salutationis Angelicæ. 451

F I N I S.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





